ascensiões grad⁹ significatoris in regione: & arcuabis hoc ī ascē sione regionis: & qđ fuerit erit significator regionis: post hoc accipies sextā partē residui inter significatorē circuli directi & significatorē regionis: & multiplicabis eā ī horis longitudinis ab angulo: & qđ fuerit erit ęquatio. Qđ si fuerit significator cir culi directi minor significatore regionis addes ęquationē sup significatorē circuli directi: & si fuerit plus minues eā de eo: & qđ remanserit ibi pueniet directio ex circulo signorū eodē an no. Qđ si fuerit significator in medietate occidētali facies cū nadir grad⁹ significatoris sicut fecisti cū gradu significatoris in ope qđ est ante eū: & qđ fuerit ibidē pueniet directio ex circu/ lo signorū in eodē anno: & loc⁹ ad quē pueniet directio dicitur loc⁹ diuisionis & domin⁹ termini illi⁹ loci dicit̄ diuisor: q̄ si fue rit in gradu diuisiōis planeta ali⁹ aut radii ei⁹ aut ppe locū ante eū dicit̄ hic planeta aut domin⁹ radiorū pticeps diuisoris ī diui sione. Significatores quoq̄ q dirigunt̄ sūt. 5. loca. i. grad⁹ ascē dentis & gra. solis & grad⁹ lunę: gra. quoq̄ ptis fortunę ac grad⁹ medii cęli. Grad⁹ nanq̄ ascendētis dirigit̄ ad accidētia dignoscē da que accidūt in corpe: & gra. solis ad dignitatis & exaltatiōis causas: honoris quoq̄ atq̄ regni: & luna propter esse animę & corpis atq̄ coniugii: & pars fortunę ppter acquisitiões & pfe/ ctus exiguitatē & largitatē & mediū cęli ppter magisteriū & cę teras dispositiões pticulares & esse eorū. Si autē fuerit ascen/ dens reuolutiōis alicui⁹ annoꝝ mūdi uel natiuitatū dirigunt̄ si/ gnificatores eius ꝯm hāc directionē unicuiq̄. s. gradui diē unū.

Quibusdā uidet̄ ut dirigant̄ significatores anni hoc mō oīb⁹ sꝫ. 59. minutis & . 8. secūdis unū diē: nā directio regū & principū sic dirigit̄ eis a gradu medii cęli p ascensiões circuli directi oī/ bus. 59. minutis. & octo secūdis unū diē donec pueniat ad bo/ nos uel malos planetas. Et dirigit̄ esse regū in incolumitate aut infirmitate ex gradu ascendentis ad bonos uel malos planetas oīb⁹. 59. minutis & . 8. secūdis diē unū p ascensiones regionis &

directio ī reuolutione annorū mundi ad prenoscendū esse uul gi uel rusticorū a gradu ascendentis: siliter & ad p̄noscendū eē regis a gradu medii celi:&in reuolutione annorū natiuitatū ad prenoscendū esse nati a gradu ascendētis reuolutiōis oibus.59. minutis & octo secūdis p ascensiones regionis diē unum.

De algebugthar.

ET ex hoc sequit̄ algebugthar ī natiuitatib⁹& ē directio grad⁹ascendētis: hoc est ut aspicias gradum ascendētis in termino cuius sit planete & minuas ascensiones ascendentis de ascensionib⁹ que sunt ī directo finis termini planete p ascensiones regionis:& qꝺ remanserit accipies unicuiq; gradui unū annū & oib⁹ 5.minutis mensem:& oī minuto.6.dies & erit dn̄s termini dispositor annorū qui dicit̄ diuisor. Post hoc accipies grad⁹ termini qui eū succedit & uertes eos etiā in gradus ascensionū & qꝺ fuerit accipies unicuiq; gradui annū unum:& oībus.5.minutis mensē:& oī minuto sex dies: eritq; dn̄s termini diuisor & dispositor illorū annorū. Siliter intrabis cū omni termino dn̄i per successionē usq; in finē uite & si fuerit in termino alicuius planete:planeta aut radii eius erūt pticipes in diuisione & hec diuisio dicit̄ algebugthar.

De duodenariis planetarū & domoꝶ

ET ex hoc duodenarie planetarū aut domorū: hoc est ut aspicias quantū ābulauerit planeta in signo suo in quocūq; fuerit aut gradus dom⁹ quē uolueris ex gradibus & minutis multiplicabisq; hoc in.12. post hoc addes desup ipsos grad⁹ atq; minuta que multiplicasti in.12.& qꝺ collectum fuerit ex eo p̄iice ab initio gradus eiusdē signi dans unicuiq; signo.30.grad⁹:& quo fuerit finit⁹ nūer⁹ ibi erit duodenaria plāetaꝶ ac domoꝶ.

De nouenariis eorundē.

ET ex hoc amanbabarat q̄ sunt nouenarie. Cui⁹scia est ut scias quantū ambulauerit planeta ī signo suo ex gradib⁹& minutis aut grad⁹dom⁹cui⁹uolueris

ſcire nouenariũ poſt hoc diuide ſignũ ĩ nouẽ diuiſiones & una queq; diuiſio eſt ex.3.gradib⁹& tertia pte uni⁹gradus:poſt hoc aſpicies in quo nouenario ex nouenariis ceciderit grad⁹ plane tę aut dom⁹.Poſt hoc dabis primũ nouenariũ ex ſignis dño ſi/gni mobilis eiuſdẽ triplicitatis:& ƀm uouenariũ dño ſigni cui⁹ eſt ipſũ ſignũ qđ ſuccedit donec uenias ad aliquẽ nouenariũ ex quo ẽ grad⁹:eritq; planeta dñs ei⁹nouenarii:uerbi grã:ſignũ ex quo fuerit grad⁹ille erat ex triplicitate arietis:erit ergo ꝑmum nouenariũ eiuſdẽ ſigni martis dñi arietis:& ƀm nouenariũ Ve/neris dñę tauri:& nouenariũ tertiũ mercurii dñi gemiorũ. Siliter uſq; ad nouenariũ nonũ.Et ſi fuerit ſignũ ex triplicitate can cri erit primũ nouenariũ ei⁹lunę: & ſecũdũ nouenariũ ſolis dñi leonis:& tertiũ mercurii dñi uirgis.Et ſi fuerit ſignũ ex triplici tate librę erit ꝑmũ nouenariũ ei⁹ Veneris dñi librę: & ſecundũ martꝭ dñi ſcorpiõis.& tertiũ Iouis dñi ſagictarii.Siliter ĩ tripli/cita capricorni ꝑmũ nouenariũ ei⁹eſt Saturni dñi capricorni:& ſecundũ ſiliter ſaturni domĩ aquarii:& tertiũ Iouis domĩ piſciũ deinde q̃ ſequũť ƀm ordinẽ ſucceſſiõis ſignorũ:uerbi grã:plane ta uel aliq̃ dom⁹ex domibus.12.erat.ĩ.19.gradu aq̃rii ſi diuidať ſignũ p.9.diuiſiões erit grad⁹.19.ĩ diuiſiõe.6.& qa ſignũ aq̃rii eſt ĩ triplicitate librę poniť ꝑmũ nouenariũ ei⁹ Veneris domĩ librę ſecundũ martꝭ domĩ ſcorpiõis:& tertiũ Iouis domĩ ſagictarii:& q̃rtũ ſaturni domĩ capricorni:& qntũ etiã ſaturni domĩ aquarii: & ſextũ Iouis domĩ piſciũ:eritq; naubabar.ĩ.nouenariũ.19.gra. aquarii Iouis.

Modus ĩueniẽdi dominũ decani.

ET ex hoc adorogen hoc ẽ ut diuidas aſcẽdẽs ĩ tres ptes:& ſit oĩs diuiſio.10.graduũ: dabiſq; diuiſionẽ primã domio aſcendẽtis:& ſecundã domio qnti ſi gni ab eo:& tertiũ domio noni: nã aſcẽdẽs.5.&.9. una ſp ſűt triplicitas:uerbi grã:ab initio arietꝭuſq; ĩ decimũ gradũ ei⁹ẽ dorongen.ĩ.decanus ẽ martis. Et ſi fuerit ex 10.gradu uſq;.20.gradũ erit ei⁹dorongen ſol domin⁹ leonis. Et ſi fuerit a.20.uſq; ĩ finẽ ei⁹erit dorongen Iupiter dñs ſagictarii.

ET ex hoc dñs orbis in natiuitatib⁹ hoc est ut aspi/cias dñm horę in qua orit̃ natus dabisq; ascendens & dñm horę anno primo natiuitatis ei⁹ & signifi/cabit̃ p esse eius.i. dñm horę sanitas uel infirmitas corpis nati sicut significat̃ p dñm ascendẽtis radicꝭ idest natiuitatis: & dabis dominũ secũdę horę ab ea secũdę do/mui ab ascendente in secũdo anno & significabit̃ p eũ esse suũ in eodẽ anno esse substãtię & cętera sicut significat̃ p esse dñi do/mus substantię: & dabis dñm tertię horę ab ea tertię domui ab ascendẽte tertio anno & significabit̃ p esse illi⁹ in eodẽ anno eẽ fratrũ & sororũ & cęterorum sicut significabit̃ p esse domini tertię domus. & dabis dñm horę quartę domui quartę ab ascendente in anno quarto. & significabit̃ p esse suũ in eodẽ anno esse patrũ & eorũ qui significant̃ p domũ quartã. Siliter facies de dominis horarũ p successionẽ dabis s. dñm uniuscuiusq; horę domui ex domib⁹ radicalib⁹ eritq; dño horę. 12. ab hora natiuitatis dom⁹ 12. ab ascendẽte radicis & ann⁹. 12. & domin⁹. 13. horę a natiui/tate radicis ascendẽtis & ãni. 13. & domin⁹. 14. horę ab ea dom⁹ substãtię &. 14. ãni. Et noĩat̃ domin⁹ horę primę domin⁹ ascẽden tis horę. & dñs. 2. horę dñs horę dom⁹ substãtię. & domin⁹ ho/rę tertię domin⁹ horę dom⁹ fratrũ: & sic de aliis. Siliter domin⁹ uniuscuiusq; harũ horarũ noĩat̃ noĩe dom⁹: & noĩat̃ etiam orbis domin⁹ & significat̃ p eũ oĩ anno sicut significat̃ p alcochoden: hoc ẽ p dominũ ãni: & quidã astrologorũ ponũt dominũ orbis sc; ascẽdẽtis radicꝭ ãno primo &. 2. anno planetã q̃ huic succedit & in. 3. ãno planetã q huic succedit sicut dictũ ẽ in domĩo horę

ET ex hoc alfridarie dispositio: hoc est cũ natiuitas fuerit diurna prẽerit ĩ initio uitę dispositiõi ei⁹ fri/darie sol ẽm quãtitatẽ annorũ fridarie ei⁹ q sũt de/cem: post hoc planeta q succedit soli qui est uenus cuius fridarie anni sunt octo. & post Venerem pla neta qui succedit ei & est Mercurius: & ãni eius sunt tredecim deinde Luna: & anni fridarie eius sunt nouẽ: deinde Saturnus

& anni fridarie ei⁹ sunt. 11. deinde Iupiter & anni fridarie eius sũt. 12. deinde mars & anni fridarie ei⁹ sũt. 7. deinde caput draconis & anni fridarie ei⁹ sunt. 3. post hoc cauda: & anni ei⁹ fridarie sũt duo: fiũt autẽ anni collecti sil'. 75. anni: post hoc reuertit' dispositio ad solẽ: & sil'iter usq; ad ultimũ planetarũ. Si autẽ fuerit natiuitas nocturna ĩcipit dispositio a luna disponetq; ãnos fridarie ei⁹ qui sũt nouẽ. sil'iter planeta post planetã sicut p̃diximꝰ in sole. Cũq; disposuerit planeta annos fridarie suę disponet ꝓprie primã septimã solũ. i. septimã partẽ fridarie sui: deinde pticipat' ei in secũda septima: planeta qui eũ succedit: post hoc pticipat' ei in tertia septima planeta terti⁹ qui succedit secundũ: & ita donec pticipat' ei planeta qui est ante eũ ĩ ultima septima ex annis fridarie ei⁹ & est unicuiq; iudiciũ cum pticipat' alteri sup natiuitate.

ET ex hoc almanar. i. supeminentia qua dicit' q̃ planeta uadit sup planetã: hoc est ut aspicias cursũ planetę mediũ & locũ eius ęquatũ: & si fuerit locus ei⁹ ęquatus min⁹ medio cursu ei⁹ erit ascendens a medio circuli sui usq; ad sũmitatẽ circuli: & si fuerit locus ei⁹ ęquatus plus medio cursu erit descendẽs a medio circuli sui usq; ad infimũ ei⁹: & si fuerit locus ei⁹ ęquat⁹ ęqualis medio cursui erit in medio circuli sui: deinde locũ planetę minues de medio cursu suo postq̃; hoc certissime cognoueris. i. locũ ęquatum: uel ecõuerso minorẽ de maiori eorũ subtrahẽdo & multiplicabis qd̃ remanserit p. 7. & diuides p. 22. & qd̃ de diuisione exierit erit hoc oĩ planetę ꝓ quantitate eius ascensionis uel descensionis. De uenere & mercurio accipimꝰ qd̃ est inter utraq; loca. i. qd̃ est inter locũ solis & ueneris & mercurii & facimus ut supra: quia p hoc scimus quis eorũ fortior sit in circulo augis: ſ; uenus & mercurius cũ fuerit aliquis eorũ oriẽtalis & fuerit locꝰ eius ęquatus minus loco solis accipies residuũ qd̃ est inter locũ solis & locũ eius: faciesq; cũ eo queadmodũ feceris ut dictũ ẽ in

planetis altioribus ex multiplicatiõe & diuisione. Et ꝑprior ac fortior fit significatio planetarũ dum abierint sup seinuicẽ.i. dum abierit alter sup alterũ in coniunctiõe. In oppositiõe aũt & in q̃rto aspectu erit significatio eorũ minus apparens & debilior. Et tamen cũ unus illorũ fuerit ascendens & alter descen/dens tunc ascendens eorũ uadit supra descendentẽ. Cum uero ambo fuerint descendẽtes: ille qui fuerit minoris descensiouis uadit sup illũ qui fuerit maioris uel pluris descensionis. Si autẽ ambo fuerint ascendentes ille qui est maioris ascensionis uadit sup illũ qui fuerit minoris ascensionis. Dicit quoq; & alio modo.i.ut scias latitudinẽ utrorũq; planetarũ: quia septentrionalis eorũ uadit sup meridianũ. Et si fuerint ambo septẽtrionales ille qui fuerit pluris latitudinis uadit sup eũ q fuerit minoris latitudinis. Si autẽ fuerint utriq; meridiani ille qui fuerit minoris latitudinis uadit sup eũ qui fuerit maioris latitudinis ideoq; di/citur ꝙ luna uadit sup Iouem in his duob' operib'. Siliter si fuerit aliquis duorũ planetarũ in medio circuli nullã latitudinem habens tũc ascendens septẽtrionalis uadit sup eũ qui caret lati/tudine & uadit ipse qui sine latitudine est sup descendentẽ meridianũ. Et ex hoc apertio portarũ dicit cũ iungit planeta in/ferior planetę supiori & fuerint cũ hoc domus eorũ oppositę.

ET ex hoc albuꝫic & est res quã ualde seruabãt indi Nam ipsi numerãt post coniunctionẽ solis & lunę 12.horas.& applicant eas soli & diuidũt.12.horas trinas.i.in tres partes.s.in haiꝫ solis: & iudicãt sup omnes quattuor horas ꝭm iudiciũ dños triplicitatis solis hora cõiunctionis: deinde dant ueneri post.12.horas: & diuidũt eas iterũ trinas & iudicant sup omnẽ trinã diuisionẽ ꝭm dños triplicitatis ueneris hora cõiunctiõis: post hoc faciũt siliter cũ mercurio & aliis planetis p successionẽ eorũ donec re/uertit orbis ad solẽ post.84.horas & nõ cessant sic facere frequẽter donec uenerit cõiunctio secũda. Et quidam dicũt ꝙ albuꝫic

sit hoc ꝙ post coniunctionẽ sint. 12. horę inęquales q̃ uocantur cõbustę: & nõ oportet aliquẽ ĩ his incipere aliqđ opus: & post horas. 12. sunt. 72. horę incõbustę in quib⁹ est utilis operũ ince/ptio. & post has. 72. horas incõbustas sũt. 12. cõbustę silĩter usq; ad cõiunctionẽ quę succedit. post hoc diuidũt has horas. 12. in tres diuisiones. i. in ꝑtes. Dixerũtq; cũ quis incepit in quattuor horis primis deambulare uel bellare timẽda erit ꝑditio animę suę: & in quattuor horis secũdis timendũ erit detrimentũ cor/poris sui sine amissiõe animę. & in q̃ttuor horis ultimis timen dum est detrimentũ substãtię suę & suorũ & omniũ q̃ possidẽt.

DIFFERENTIA QVINTA IN COMMEMORA/TIONE VNIVERSARVM PARTIVM.



ET quia expleuim⁹ expositiones eo rũ quę sequũt̃ ex noĩbus astrologo/rũ: Exequamur nũc cõmemoratio/nem uniuersarũ partiũ. Et cum nota uerimus in loco partiũ accipe a lo/co illo in locum illũ & ꝓiice hoc ab ascendẽte uel de alio loco: dicimus ut addas super illud qđ fuerit inter utraq; loca grad⁹ ascendẽtis. & ꝓiice ab ascẽdẽte ul' ab initio signi a quo ꝓiicis: Cui⁹ exemplar est opus ꝑtis fortunę quia accipis quicquid est inter solẽ & lunam ex gradi/bus. & addas sup eos gradus ascendẽtis signi: & qđ collectũ fue rit ꝓiicis illud a. 30. in. 30. gradus & incipis proiicere ab initio ascendentis signi & quo finit̃ numer⁹ ibi est pars fortunę: & in nocte econtra a luna in solẽ & addes gradus desuꝑ signi ascen/dentis & ꝓiice hoc de. 30. in. 30. & incipe ꝓiicere ab initio signi ascendẽtis. Incipiamus hic itaq; post partẽ fortunę partes. 12. domorũ. & incipiamus ab ascendente.

PRima domus ē pars uitę & accipit̄ in die a Ioue in saturnū & in nocte econtra.& ꝓiicit̄ ab ascēdēte. Pars byles accipit̄ a gradu cōiunctionis seu pręuentionis q̄ fuerit ante natiuitatē usqꝫ in gradū lunę.& ꝓiicit̄ ab ascēdēte. Pars futurorū.i.pars solis accipit̄ in die a luna in solem & in nocte econtra.& ꝓiicit̄ ab ascēdēte. Pars dilectiōis & cōcordię.i. pars ueneris accipit̄ in die a pte fortunę in partē futurorū:& ī nocte ecōtra.& ꝓiicit̄ ab ascendēte. Pars stabilitatis & fiducię ascendētis duratiōis nati est sicut pars cōcordię & dilectiōis Pars animositatis & audacię.i.pars martis accipit̄ in die a marte in gradū patris fortunę & in nocte ecōuerso.& ꝓiicit̄ ab ascendente.

SEcunda domus est pars substantię & accipit̄ in die & nocte a dn̄o domus substantię in gradū atqꝫ minutū domus substātię & ꝓiicit̄ ab ascendēte. Pars pauptatis & paruitatis ingenii.i.pars mercurii accipit̄ in die a parte futurorū in partē fortunę: & in nocte ecōuerso & ꝓiicit̄ ab ascendente. Pars beatitudinis & triūphi atqꝫ uictorię.i. pars Iouis accipit̄ in die a parte futurorū in Iouē & in nocte ecōuerso & ꝓiicit̄ ab ascendente.

TErtia domus est pars fratrū & accipit̄ in die a saturno in Iouē & in nocte econuerso.& ꝓiicit̄ ab ascendente. Pars beniuolētię fratrū accipit̄ in die a sole in saturnū & in nocte ecōuerso & ꝓiicit̄ ab ascendente.ꝙ si fuerit Saturnꝰ sub radiis accipit̄ in die a sole in Iouē & in nocte ecōuerso.& ꝓiicit̄ ab ascendente.

QVarta domus pars patrū ē. & accipit̄ in die a sole ī saturnū & in nocte ecōuerso & ꝓiicit̄ ab ascēdēte Pars mortis patris accipit̄ in die a saturno in Iouem & in nocte ecōuerso.& ꝓiicit̄ ab ascendente. Pars annorū accipit̄ in die a dn̄o domus solis in saturnū & in nocte ecōuerso.& ꝓiicit̄ ab ascendente.Et si fuerit

in domo sua sol uel aliqua domorũ saturni accipe in die a sole ĩ saturnũ & in nocte econuerso.& ꝓiice ab ascendẽte & nõ con/ sideres utrũ saturnus sit apparens uel sub radiis. Pars heredi tatũ & possessionũ accipit in die ac nocte a saturno in lunam & ꝓiicit ab ascendente. Pars nobilitatis nati & eius de quo fit dubitatio utrũ sit filius illiꝰ patris cui imponit:an alterius acci/ pit in die a gradu solis in gradũ exaltatiõis suę.& ꝓiicit ab ascẽ/ dente. Qd si sol fuerit in gradu exaltationis suę in die & luna ĩ nocte in gradu exaltationis suę erit pars in gradu ascendentis & erit significatio gradus ascendentis. Pars finis rerũ accipit in die & nocte a saturno usq ad dominũ domꝰ cõiunctiõis:aut ꝑuentiõis:& addit desuꝑ gradꝰascendẽtis:& ꝓiicit ab ascẽdẽte.



Vinta domus est pars filiorũ & accipit in die a Io/ ue in saturnũ de nocte ecõuerso:& ꝓiicit ab ascen/ dente. Pars que significat tempꝰin quo debet fi lius fieri & numerũ eorũ seu masculorũ seu femina rum:& quid mulier pariet accipit in die ac nocte a marte in Iouẽ:& ꝓiicit ab ascendente. Pars sciẽtię filii mascu li & femine accipit in die & nocte a luna in Iouem: & ꝓiicit ab ascendẽte. Pars ꝑ quã scit natus de quo fit interrogatio utrũ sit masculus uel femina accipit in die a dño domus lunę ĩ lunã: & in nocte ecõuerso & ꝓiicit ab ascendente. Pars significans filiũ cũ ꝑuenerit Iupiter ad eũ.i.ad gradũ partis significãtis filiũ accipit in die ac nocte a marte in Iouẽ & ꝓiicit ab ascendente.

Pars dilectiõis & gaudii accipit in die ac nocte a uenere ĩ sa/ turnũ:& ꝓiicit ab ascendẽte. Pars scię esse filioꝝ accipit in die ac nocte a luna in uenerẽ & ꝓiicit ab ascendẽte.



Exta domꝰest pars infirmitatis & azemena.i.debi litatis inseꝑabilis alicuiꝰmembrorũ accipit in die a saturno ĩ martẽ in nocte ecõuerso & ꝓiicit ab ascẽ/ dente. Pars seruorũ accipit in die a mercurio in lunam:& in nocte ecõuerso:& ꝓiicit ab ascendẽte

Et dixit alendezgod accipit in die a mercurio in partē fortunę: & in nocte econuerso. Et dixit: oportet ut utamur utrisq; partibus insimul.

Septima domus est pars desponsationis uirorū seu coniugii: & accipitur in die ac nocte a sole in uenerem: & ꝓiicitur ab ascendente. Et hec pars similis ē parti mandatorū & rumorū. Et pars desponsationis mulierū uel cōiugii ab hermete accipitur ī die ac nocte a uenere in saturnū: & ꝓiicit ab ascendente. Et hec ps congruit parti cultus terrę. Itē pars desponsationis mulierum sm ueliū accipitur in die ac nocte a sole in martem: & ꝓiicit ab ascendente. Pars delectationis ac uoluptatis accipit in die ac nocte a uenere in gradū septimę: & ꝓiicit ab ascendente. Pars nuptiarū accipit in die ac nocte a saturno in uenerē: & ꝓiicit ab ascendente.

Octaua domus est pars mortis: & accipitur in die ac nocte a luna in gradū & minutū domus octauę: & additur desup qđ ambulauerit saturn9 in signo suo & ꝓiicitur ab initio signi saturni. Pars planetę q interficit accipit in die a dño gradus ascendentis ī gradū lunę: & in nocte ecōuerso &c. Pars anni in quo timetur nato mors: & pauptas impedimentū ac destructio accipit ī die ac nocte a saturno in gradū dñi dom9 cōiunctiōis uel ꝑuentionis q̄ fuit ante natiuitatē &c. Pars ligatiōis & carceris: & utrū liberet ab eo: uel nō accipit in die a saturno in partē fortunę & in nocte econuerso.

Nona domus est pars pegrinatiōis accipit in die ac nocte a dño dom9 nonę in gradū & minutū dom9 nonę: & ꝓiicit ab ascendēte. Pars itineris p aquā accipit in die a saturno in. 15. gradū signi cancri & ī nocte ecōuerso &c. Qđ si fuerit saturn9 in. 15. gradu cancri erit grad9 ptis grad9 ascendētis. Pars religiōis accipit ī die a luna ī mercuriū & ī nocte ecōuerso: & ꝓiicit ab ascēdēte.



Omus decima pars regiõis & regni:& q̃d opis faciat natus &accipit̃ in die ac nocte a saturno in lunã & ꝓiicit̃ ab ascendẽte. Pars regis atq; regni accipit̃ ĩ die a marte ĩ lunã:ĩ nocte ecõuerso:& ꝓiicit̃ ab ascen.& ẽ alia ps filis pti patrũ. Pars opis & regni ẜm Velliũ accipit̃ in die ac nocte a sole in gradũ medii cęli: & ꝓiicit̃ ab ascen. Pars significãs utrũ sit causa regni aut nõ accipit̃ in die ac nocte a sole ĩ gra.medii cęli:& ꝓiicit̃ a Ioue. Pars matris accipitur in die a uenere in lunã: & in nocte econuerso & ꝓiicitur ab ascendente.



Ndecima dom⁹ est ps amicorũ & accipit̃ in die ac nocte a luna ĩ mercuriũ:& ꝓiicit̃ ab ascen. Et dixit alendez god accipit̃ ĩ nocte ecõuerso. Pars significans effectũ amicorũ & amicitię accipitur in die a parte fortunę in partẽ futurorũ:& in nocte econuerso &c̃.



Vodecima domus est ps inimicorũ ẜm hermetẽ & accipit̃ in die ac nocte a dñ̃o dom⁹ inimicorũ usq; in gradũ & minutũ dom⁹inimicorũ:& ꝓiicitur ab ascendẽte.Et ẜm quosdã antiquorũ accipit̃ ĩ die & ĩ nocte a saturno in martẽ &c̃. & hę sũt ptes.12.domorũ &c̃. Hę sũt alię ptes qb⁹utũtur magistri iudiciorũ astrorũ multũ.Ex quib⁹est ps q̃ significat mendaciũ rumorũ qñ̃ ceciderit ĩ signũ tortuosũ uel mobile:aut dñ̃s dom⁹fuerit retrogradus uel impeditus : aut aspexerint eũ mali uel ei sint cõiuncti. Et significat ueritatẽ rumorũ eoꝝ si ceciderit cũ fortunis aut in domibus seu terminis eaꝝ uel aspexerint eũ aut fuerit in signo directo:&accipitur in die a mercurio in uenerẽ:in nocte econuerso & ꝓiicitur &c̃.Et ẜm albumasar in die a mercurio in lunã & in nocte ecõuerso &c̃. Pars ratiõis & ꝓfunditatis sensus accipitur ĩ die a saturno in lunã & ĩ nocte ecõuerso &c̃. Pars sapientię & disciplinę accipitur ĩ die ac nocte a saturno ĩ Iouẽ: & ꝓiicitur &c̃. Pars guerrę & preliorũ accipitur in die ac nocte a saturno in lunam:& ꝓiicitur ab ascendente.

Pars pacis & cõcordię exercituũ accipit in die ac nocte a lu/
na in mercuriũ & ꝓiicit ab ascendẽte. Pars aspiciendi in reuo
lutione anni accipit in die a luna in uenerẽ & in nocte ecõuer/
so & ꝓiicit a sole. De partib⁹ reuolutionũ in causis regnorũ.

ET quia auxiliante deo introduxim⁹ has ptes quę
cõueniũt in rebus pticularib⁹ ꝓsequemur ptes quę
cõueniũt in reuolutiõe annorũ mũdi & cõiunctio
nũ significantiũ causas regni & stabilitatẽ seu dura
tionẽ ei⁹. Ex quib⁹ est pars quę dicit pars regni seu
imperii quę exercet in reuolutiõe mũdi: accipitq; a marte in lu
nam & ꝓiicit ab ascendẽte cõiunctionis q̃ significat mutationẽ
regni. Sic quoq; alio modo accipit .s. a gradu ascẽdẽtis cõiun/
ctionis in gradũ cõiunctionis & ꝓiicit a gradu ascendẽtis reuo
lutionis. Itẽ fit alio modo accipit a gradu medii cęli reuolutio/
nis usq; ad solẽ: & ꝓiicit a Ioue .i. a gradu Iouis. Pars tpis regis
idest q̃zdiu debet durare: accipit hora electiõis regis a sole ĩ. 15
gradũ signi leonis & ꝓiicit a luna: deinde accipit a luna ĩ. 15. gra
dum signi cancri & ꝓiicit a sole. Alia pars de tpe electiõis re
gis accipit hora electionis regis in die a Ioue in saturnũ & ĩ no
cte ecõuerso & ꝓiicit ab ascendẽte reuolutionis anni ĩ quo sur/
rexerit rex. ꝙ si fuerit Iupit ĩ signo cõi & fuerit reuolutio diur/
na: fueritq; Iupiter cadẽs ab angulis tũc accipit a saturno ĩ Iouẽ:
& addunt desup. 30. grad⁹ & ꝓiicit ab ascendẽte. Si uero saturn⁹
& Iupiter fuer t sibi oppositi & fuerĩt ambo cadẽtes ab ascẽdẽte
mediat qđ exierit int eos .i. accipiat medietas graduũ q̃ sunt int
eos: & ꝓiicit ab ascẽdẽte. Et si fuerit Iupit ĩ exaltatiõe sua: & fue
rit reuolutio ĩ nocte nũerat ab eo ĩ saturnũ & ꝓiicit ab ascẽdẽte.

DVę ptes maxime sũt ex quib⁹ extrahit temp⁹ ele/
ctiõis regis & ei⁹ durationis. Prima earũ est ut aspi
cias horã electionis regis qua ꝑuenit ꝑfect⁹ anni a
cõiũctiõe triplicitatis q̃ significauit sectã ex nũero
quo dat oĩb⁹. 30. gradib⁹ ann⁹ & oĩb⁹ gradib⁹ duob⁹

cũ dimidio mẽsis un⁹:& cũ ſciueris ĩ quo gradu uel ſigno ſit hic ſerua eũ qa hic eſt loc⁹ a quo ęquabis primã partẽ: & cũ uolueris aptare eum aptabis aſcendens reuolutionis anni in quo ſurre/xit ipſe electus: poſt hoc aſpice a planeta oriẽtali a ſole ex ſaturno & Ioue in ipſo anno uſq; ad gradum ęquatiõis partis primę quam ſeruaſti & ꝓiice ab aſcendente reuolutionis anni & quo ꝑuenit numerus ipſe eſt locus primę partis. Pars ſecunda ſic inuenit̃ accipe in coniunctione in qua ſurrexerit rex uel cępit regnũ ad quod ſignum uel gradum ꝑuenit ꝓfectio anni ex nu/mero quo datur omnib⁹. 30. gradibus annus: & .2. gradib⁹ cum dimidio menſis uſq; ad diẽ quo ſurrexerit rex : & ipſe erit loc⁹ ęquationis ſecundę partis: ſerua quoq; eũ: poſt hoc aſpice a pla/neta occidentali a ſole ex ſaturno & Ioue uſq; ad locũ ęquatio/nis partis ſecundę quã ſeruaſti: & ꝓiice eum ab aſcendẽte reuo/lutionis: & quo ꝑuenerit erit locus partis ſecundę. hę ſunt par/tes quę ſignificant fortitudinẽ regis & eius durationem.

ITem ſunt alię partes quibus utunt̃ in reuolutionibus annorũ mundi: & ſcit̃ ꝑ eas quid graue de rebus in foro: & quid erit leue in precio: quidue precioſum ſeu uile: multũ ſeu parum: hoc ẽ ut aſpicias ubi ceciderit pars. i. in cuius planetę domo exaltatione termino uel triplicitate: qui planeta ſi fuerit retrogradus uel cõbuſtus uel in malo loco uileſcit illa res & erit parui precii Si uero fuerit in loco fortitudinis aut in angulo & maxime in medio cęli grauabit̃ illa res & erit magni precii: & ſi peruenerit dominus domus ad locũ deſcenſiõis ſuę uileſcit illa res & aſpi/ce aſpectus fortunarũ & planetarũ malorũ ad eam necnõ & ad lunã & dominũ eius : & uide quo modo & quis aſpiciat ipſam partem ſi fortuna & luna aſpexerint illam partem multiplica/bitur illa res: & ſi aſpexerint eam mali detrimentum patietur.

Pars diſpoſitionis anni a luna in Mercurium. Pars aquę a luna in Venerem. Pars ordei a luna in Iouem.

Pars ciceris qđ est quoddā genus leguminis a uenere in solē

Pars lentis a marte in saturnū. Pars fabarū a saturno ī martem. Pars almusi.i.milii a saturno in martē. Pars ceparum a saturno in martē. Pars tritici a sole in martē. Pars nucum a mercurio in martē. Pars zucari a mercurio in uenerē. Pars dactilorū a sole in uenerē. Pars mellis a luna in solem. Pars alroz.i.ris qđ est genus farris a Ioue in saturnū. Pars oliuarū a mercurio in lunam. Pars uuarū a saturno in uenerem. Pars bombicis a mercurio in uenerē. Pars alonicē.i.sisami quodam genus seminis albi ī similitudine seminis lini: & utunť eo medici. fit autē ex eo ungentū utile a mercurio in Iouē uel a saturno in uenerē. Pars quę sunt albuceflex.i.mellones qui sūt magni & crocei a mercurio in saturnū. Pars ciborū acriū a saturno in martē. Pars ciborū dulciū a sole in uenerem. Pars ciborū saporis apii uel huiusmodi herbarū saporem habentiū a marte in saturnū. Pars ciborū amarorū a mercu. in saturnum.

Pars medicaminū acriū a saturno in Iouem. Pars medicaminū salsorū a marte in lunā. Pars medicaminū uenenatorū a gezabar.i.a capite draconis in saturnū: & ꝓiciant uniuersa hęc ab ascendente.reuolutiōis anni. Hęc sūt uniuersa quę ceciderunt nobis ex ꝑtibus: introduximus quoq; has partes nouissimas: & si est in eis narratio debilis: ne dimitterem⁹ aliquid qđ posset esse introductoriū ad magisteriū iudiciorū astroruz quin ꝓferamus illud.

Tabula amicitie et inimicitie signorū

Amici	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	inimici
	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	
	♏	♐	♑	♒	♓	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	

Cōmentum Johannis de sa/xonia super textu Alchabicii.



Ir sapiēs dn̄abit astris. Dicit Ptolemeus in sapientiis almagesti. Et pōt declarari sic. Jlle dn̄abit astris q effectus puenietes ex ipsis astris pōt impedire uel phibere: sed hoc pōt facere vir sapiens quare rc̄. Maior est manifesta: qz ille dn̄at alteri q pōt sibi dicere fac hoc τ facit: τ dimitte hoc τ dimittit. Minor pbat auctoritate Ptolomei in quinta ppositiōe centiloquij vbi dicit. Optimus astrologus multū malū phibere pōt qd̄ fm stellas venturū est cū eius naturā presciuerit. sic eni pmuniet eū cui malū venturū est ut cū venerit possit illud pati. Et confirmat auctoritate eiusdē in ppositione octaua eiusdē vbi dicit. Aia sapiens ita adiuuabit opus stellarū quēadmodū seminator fortitudines naturales. ¶ Sed aduertendū est de modo p quem sapiens pōt impedire uel adiuuare opus stellarū. Certū est qꝫ nos non possumus simpliciter īpedire influentiā celestē sicut nec cōbustionez ignis. sed possum⁹ disponere passum ad recipiendū alio uel alio mō influentiā celestē. Uidemus eni qꝫ idē calor solis glacies dissoluit τ cōstringit lutum. Ponit haly de hoc familiare exemplū in cōmento pallegate ppositionis. Optim⁹ astrologus rc̄. Dicēs si sciuerimus qꝫ debeat alicui euenire egritudo calida τ sicca de natura martis: poterim⁹ ipsum ante aduentū illi⁹ influentie mutare ad oppositū. s. ad frigiditatē τ humiditatē. τ sic influētia que deberet sibi facere egritudinē reducet ipsum ad tpamentū. ¶ Patet etiā cuilibet qꝫ possumus impedire actionē ignis ne cōburat aliqd̄ cōbustibile determinatum s. remouendo ipsum ab igne uel piciēdo aquā sup ipsum. ¶ Cū igit scie diuidant fm diuisionē rerū de quib⁹ sūt: τ quilibet dicat sapiēs in scia sua accipiendo large sapientiaz p scientia sicut accipit albumazar in multis locis sui introductorii. ut videamus de quib⁹ sapiētibus sint dicta verba pposita: possum⁹ distinguere inter sapiētes τ sapiētes modo quodā vniuersali. ¶ De numero igit sapientū quidā sunt sapiētes veraciter: quidam apparēter. Hanc distinctionez tan

git Aristoteles in primo elenchorũ vbi dicit. quidã sunt pulchri propter decorẽ: quidã autẽ fingũt cõponentes se. Et isti.s. apparenter sapientes sunt bipartiti. quoniã quidam eorũ apparent sapientes solum ẜm estimationẽ vulgi sicut diuites huius mundi. ⁊ quidã apud prouectos sicut sophiste. Primi sunt habentes diuitias huius mundi de quib⁹ dicit Albumazar in introductorio suo magno vbi loquit̃ de sectis contradicentibus astronomie. Et sũt illi de nona secta. Dicit ibi Albumazar. Dignior apud vniuersitatem vulgi est cui fuerit plus substantie: sicq; fit quia dignitas substantie apud ipsos ē plus dignitate scientie. Et dicunt ꝙ cum fuerit homo habens substantiã nõ impedit eum si fuerit imperitus in scientia astrorũ ⁊ medicine ⁊ ceterarũ scientiarũ ꝓbantes ꝓbatione falsissima: quia ꝓbant scientiã ꝑ substantiam. Et hec ꝓbatio erroris est ꝓbatio falsissima: quia res ꝓbant̃ ꝑ genus suũ. i. per consimile. i. sapientia ꝑ sapientiã. substantia ꝑ substantiã: ⁊ nõ ꝓbantur ꝑ nõ consimile sibi. ergo non probat̃ sapientia ꝑ substantiam. Alii apparent scientes uel sapientes apud aliqualiter ꝓuectos sicut sophiste. De quibus dicit Aristoteles ĩ primo elenchorũ: quibusdã magis opere preciũ est videri ⁊ nõ existere ꝙ̃ existere ⁊ nõ videri. Et magister Alanus de insula loquens de eis dicit. Huius scolas visitant pauperes legiste. veras lites agitãt: fiunt agoniste. Hic ꝓbat hic improbat: huic cõcludit iste: Atq; duo centuz conclamãt ore sophiste. ¶ Uere scientes differũt ẜm magis ⁊ minus certũ ut dicit cõmentator secũdo methaphisice. Scientie mathematice sũt ĩ primo gradu certitudinis. Naturales vero sequũt̃ eas. Isti minus certi. s. logici ⁊ naturales nõ transferentes se ad alias sciẽtias non habent de philosophia nisi verba. De istis etiam dicit magister Alanus. Iste semꝑ clamitat ⁊ argumẽtat̃: dũ aristotelicas latebras rimat̃. sed si queras qualiter aut quid epulat̃: mens studio viuit sed venter philosophat̃. Magis certi sunt mathematici. Et illi sunt bipartiti quoniã quidã eorũ student in motibus tñ ⁊ nõ curant de iudiciis uel negant ea. Et isti sunt de quib⁹ dicit Albumazar in quarta ⁊ quinta secta contradicentiũ iudicijs ẜm ꝙ videbit̃ posteà. Secũdi autẽ student in motibus ⁊ in iudicijs: de quib⁹ dicit Alanus loquẽs de ipso Albumazar. Illic astra polos celũ septẽq; planetas. Consulit Albumazar terrisq; reportat eorũ Consiliũ armans terras firmãsq; caduca. Contra celestes iras superũq; furorem. De istis Ptolemeus dicit verba ꝓposita. Uir sapiens dominabit̃ astris. In quibus verbis Ptolemeus tangit tres ꝓprietates uel conditiones quas debet verus philosophus habere ⁊ maxime astronomus ẜm quas tria ge

nera boīuȝ ab aſtronomia repellunt̄. Prima conditio eſt ſtabilitas intentiōis. Secūda ē habilitas diſpoſitiōis. Tertia ē abdicatio terrene poſſeſſiōis. Primā tangit cū dicit: vir. Secundā cū dicit: ſapiēs Tertiā cū dicit: dn̄abit aſtris. ¶ Quantū ad primā cōditionem dicit Ptolemeus in prima ꝓpoſitiōe centiloquij: ſcia ſtellarū ex te ⁊ ex ill' eſt. Et haly in cōmento eiuſdem dicit: qui res futuras ſcire deſiderat duab⁹ vijs oportet incedere. Una ut accipiat motū ſtellarū ⁊ opera que fiunt in reb⁹ ſm motū earū. Et aſpiciat libros quos antiqui ſcripſerūt de ſignificatione motuū ipſarū: ⁊ adiūgat his quecūqȝ ꝓbauit in tpe ſuo. Cū ergo magnus ſit labor in aſpiciēdo motus ſtellarū nō pōt aſtronomus eſſe effeminatus nec remiſſus. Et cū multū tempus requirat̄ ad reſpiciendū libros antiquorū nō pōt eſſe vagabundus. Oportet ĝ ut aſtronomus ſit firmus ⁊ ſtabilis in meditatiōe. Et ſic effeminati ⁊ remiſſi ab aſtronomia ſūt repulſi. ¶ Quantū ad ſecundam conditionē dicit Ptolemeus in ſeptia ꝓpoſitione centiloquij. Nemo poterit dare certa iudicia ſm ſtellarū cōplexionē niſi homo qui vim aīe ⁊ complexionē naturalē bene cognouerit. Uult ĝ ꝙ homo naturaliter debet eſſe diſpoſitus ad iſtā ſciam qui debet ꝓficere in ea. Hoc ſm ꝙ mihi videt̄ habet iſta ſcia pre oībus ſcientijs. Uidi eni bonos clericos in logica ⁊ ī naturali philoſophia qui nullo mō poterāt aliquid capere de aſtronomia: īmo nec algoriſmū. Patet ergo ꝙ naturaliter indiſpoſiti repulſi ſūt ab aſtronomia. de quib⁹ Albumazar facit ſectā ſm ꝙ videbit̄ ſtatim. ¶ Quantū ad tertiā conditionē dicit haly in cōmento prime ꝓpoſitiōis centiloquij. quia oportet nos ſolicitos eſſe circa mūdana: auferṫ a nobis futurorū cognitio ſȝ ſi a mūdanis oībus ſeparemur poſſemus futura precognoſcere. ſicut videm⁹ heremitarū ꝗ̄ plures qui futura ꝑdicūt. ⁊ epileticorū quidam dū epilentia torquent̄ futura predicūt: qr tūc corporeis ſenſib⁹ nō vtunt̄ ſȝ ſola vi aīe. Patet ĝ ꝙ phus nō debet eſſe diues teſte pho ſeptimo politice. Nō oportet phm eſſe dn̄m terre ⁊ maris ſed ſufficit ut habeat famulum miniſtrantē ſibi olera. Et ſic habentes diuitias hui⁹ mundi ab aſtronomia ſunt repulſi. Quod aduertēs ſocrates aurum proiecit in mari ſicut narrat Ualerius. Iſta conditio nō placet multis nec etiam mihi. ¶ Quantū ad iſtas conditiones conſolatur nos albumazar in introductorio ⁊ ſpecialiter quantū ad vltimam: quia mutat eā ad oppoſituȝ. Dicit ſic. Et fortaſſis nō ſufficiūt aliqui ad ſapientiā hui⁹ magiſterij dū aſpiciūt in quibuſdā rebus ꝑuenire ex veritate ⁊ cōprehenſione earū ad hoc ut poſſint errorē a ſe repellere ꝓpter breuitatē exercitij eorū in cognitione omniū rerū quarum

cognitio necesse est illis in illa eadē intentiōe quantū ad primā conditionē. Et paucis interpositis dicit. Et hoīes subtiles ⁊ ꝑfunde sapientie forsitan nō sufficiunt multi eoꝝ qui vtunt eis cōprehendere eas: cuq; fuerit scia hui⁹ magisterij ceterorūq; magisteriorū que necessaria sunt in ꝑscientia rerū pre ꝓfūditate quā diximꝰ a sensibꝰ longinqua quantū ad secundā cōditionē. Tūc consolat̄ nos ⁊ dicit. Nō debet ānullari qđ ex eiꝰ scientia pōt ꝯtingi ꝓpter illud qđ non potest ꝯtingi. Et paucis interpositis dicit qꝛ mo dicū sapientie multi profectus. Et in hoc mutat tertiā conditionē ad oppositū. Et ꝓbat ꝙ maior vtilitas sit in astronomia q̄ȝ in aliqua alia scia. Et si cōtingat ī ea error tolerabilior est ⁊ minꝰ nocet q̄ȝ in ceteris scientijs. Et dicit sic. Uidemꝰ nanq; medicos errare ī ꝑsciētia infirmitatū ⁊ morborū dū predicūt que accidūt infirmo ex grauitate morbi ⁊ eius leuitate ⁊ ex celeritate sanitatis ⁊ eiꝰ tarditate: eius quoq; sanitate uel morte: sed illud modicū erroris medicorū nō impedit eos ab appetitu sui magisterij ⁊ ab eiꝰ dispositione ⁊ exercitio: nec generat̄ reprehensio uel dubiū hominū erga eos qui viderūt ex modico erroris in suo magisterio querere vtilitatē ⁊ ꝑfectū ꝑ eorū curationē ⁊ acquiescere eorū medicaminibꝰ. Siliter ⁊ dispositores nauiū nō dimittūt magisteriū suū: nec dimittūt hoīes cursuȝ maris ꝓpter modicū erroris nautarū. Siliter ceterarū sapientiarū ⁊ magisteriorū auctores vix possūt euadere accidētia erroris seu aduentū alicuiꝰ impedimēti qđ euenit eis sed ꝓpter hoc nō ānullat̄ eorū magisterium. Et horū omniū que diximus error impedimenti plus est q̄ȝ error astrologorū: qꝛ medicus cū errauerit in ꝑscientia infirmitatū aut curatiōe aut in medicaminibus fortassis erit hoc causa ꝑditionis animaꝝ. Et cum errauerint naute fortassis erit hoc causa ꝑditionis nauiū ⁊ earū naufragium ⁊ eorū qui in eis sūt interitus. Et si errauerint pastores ⁊ cōceptionis aīaliū auctores erit hoc fortassis ꝓuocatio ꝑditionis eiusdē generis animaliū. At vero si astrologi errauerint hoc magis ascribit ignorantie astrologi ī presciētia rei. omittit enī inquisitor precauere horribilia anteq̄ȝ veniāt ⁊ propter hoc fortassis erit illi dimissio cautele ꝓuocatio eorūdē horribiliū aduenientiū ⁊ fortassis erit ī eis ꝑditio ⁊ fortassis nō. In ceteris aūt magisterijs nō est ita qꝛ maxima pars erroris eorū auctorū est ꝑditio ⁊ impedimentū absq; dubio. ⁊ ī hoc quoq; qđ diximus dignitas ex dignitatibꝰ scientie astrorū: si ergo ē magisteriū astrorū dignius ac nobiliꝰ ceteris magisterijs: ⁊ semita eius magisterij in errore in quibusdā horis est infra semitā ceteroꝝ magisterioꝝ ⁊ eorū errore sanior ⁊ minus impedimenti eorū veri-

tas est maioris pficui: quare equū est quantū decet oēs homines intellectuales & sapientes recipere astrologos & uti eis & acquiescere veritati eorū in his que dicunt. Hec autē scientia maxime illa pars q̄ est de iudiciis multos habet emulos & aduersarios. Quod aduertens Ptolomeus in quadripartito suo confirmat iudicia astrorū & albumazar in magno introductorio suo: & cōueniūt ambo in modo confirmandi nisi q albumazar plura ponit q̄ Ptolemeus & pluribus vtit̄ rationib9. Ambo in cōfirmando iudicia incipiūt ab opere solis. Dicit eni Ptolemeus in tredecima ppositione prime partis. Quoniā sol cum aere operat̄ in rebus omnib9 existentib9 in terra. Et haly in cōmento exponens verba Ptolemei dicit Ptolomeus vult nobis ostendere q sphera ignis & aeris que mutant̄ p corpora celestia mutant res oēs que sunt in terris. Et haly in cōmento secunde ppositionis eiusdē dicit q radices hui9 scientie sunt adeo manifeste q populares nihil scientes sciūt & intelligūt eas inspiciendo & experiendo ipsas. Et Ptoleme9 in. 21. ppositione dicit q nescij populares sciūt res anteq̄ accidāt. Et qđ magis est dicit ipse q aialia muta sciūt res anteq̄ accidāt. Albumazar etiā confirmat scientiā iudiciorū p multas ratiōes quas nūc omnes narrare esset valde longū. Specialiter autē Albumazar disputat contra negantes iudicia astrorū & diuidit ipsos i. 10. sectas. Et tangaʒ breuiter de qualibet secta duo aut tria verba. Prima secta dicit q planetis nō esset aliqua significatio sup res que fiūt in hoc mūdo qui est sub circulo lune. Quibus dicit albumazar q omnes philosophi concordati sunt q omis substantia que mouet̄ motu naturali efficit in essentijs rerū sibi cōiunctarū p naturam conuersiones naturales. & hoc declarat in actione ignis. Sʒ corpa celestia mouent̄ motu naturali: ideo efficiūt i quattuor elementis sibi cōiunctis per naturam conuersiones naturales. Hanc rationē inuit albumazar in multis verbis. Posset etiā assumi contra illā sectam dictū Aristotelis primo metheorꝝ. Necesse ē mūdum inferiorē contiguū esse lationib9 supioribus ut tota eius virtus inde guberneт̄. Secūda secta est eorū qui dixerūt q planetis essent significationes tantū sup res vniuersales ut sūt quattuor elemēta: & sunt genera & species. Contra quos albumazar ponit inter alia talē ratio nē. Totū nō est totū nisi p partes suas: ergo si significāt sup totum. s. sup speciē oportet q significent sup indiuidua que sūt partes specierū. Tertia secta ē quorūdam disputantiū qui dixerūt quō planetis nō esset significatio sup possibile sed solū sup necessariū & impossibile. Et dicit albumazar q dissoluit rationes istoꝝ philosoph9

⁊ affirmauit possibile per multas rationes. Et inter alias ponit illaȝ quā ponit Aristoteles ī primo periarmenias. s. ꝙ nō oporteret cōsiliari uel auxiliari. Quarta secta ē quorūdam qui aspexerūt in scientia totius que est scientia circulorū ⁊ esse eoꝝ. Isti dixerunt ꝙ planetis nō esset significatio sup res que fiūt ⁊ eueniūt in hoc mundo ex indiuiduis aīaliū ⁊ seminū ac metallorū. Et ꝙ eoꝝ significatio esset sup corruptionē uel mutationē temporū tm̄. Et dicit Albumazar ꝙ isti nequiuerūt negare hanc quantitatem. s. mutationē temporū esse ex fortitudine opis planetarū qꝛ hoc ex eoꝝ opere inuenit̄ ⁊ apparet ⁊ eius repulsio est dedecus. Et postea arguit contra eos ex concessis.

Quinta secta ē eoꝝ q aspexerūt in scientia totiꝰ ⁊ ānullauerūt scientiam iudiciorū ex parte expimentorū. Et dixerūt ꝙ iudicia astronomie nō sunt vera qꝛ res ꝑtingunt̄ ꝑ expimenta ⁊ minus ꝙ̄ꝫ pōt percipi veritas rei ꝑ expimenta est dū inuenit̄ bis in vno esse. Et hoc ē impossibile in planetis: qꝛ planeta cum fuerit in aliquo loco ex signis ⁊ fuerint ceteri planete aspicientes ipsū uel ꝯiuncti ei nō reuertunt̄ ad ipsū esse ex signis nisi post multa milia annoꝝ ⁊ nō ꝑuenit vita vniꝰ hominis ad tantā quantitateȝ annorū. quō ergo est possibile hoī ut inueniat planetas bis sup vnū esse quatenus ꝓbet ex reditione eorū ad loca eorū quid significēt. Quibꝰ dicit albumazar ꝙ antiqui nouerūt planetarū naturas ⁊ eorū significatiōes ex multis rebus ⁊ diuersis quarū quedā sunt ꝑticulares apparētes: quedā vero vniuersales. Particulares apparētes sunt quēadmodū īuenit̄ ex opatione solis in calefactiōe ⁊ lune: in humiditate ⁊ putredine: ⁊ ex operibꝰ planetarū in corruptione ⁊ mutatione aeris in oī die ac nocte. Uniuersales vero quēadmodū inuenit̄ ex eorū significatione in reuolutiōe annorū mūdi ⁊ natiuitatū. Et breuiter virtus verborū est ꝙ homo in modico tēpore pōt experiri illa que cōiter occurrūt: ſꝫ quantū ad alia q̄ raro fiūt: sicut sunt cōiunctiones magne debēt nobis sufficere dicta predecessoꝝ nostroꝝ. Sexta secta est quorūdam arithmeticoꝝ qui pigritabant aspicere numerū stellarū ⁊ equationē ipsarū ex libro in quo est scīa totius certissime. i. almagesti: quē Ptolemeus edidit. sed quesiuerūt loca planetarū ꝑ diuersas tabulas ⁊ inuenerunt tabulas differre quantū ad loca planetarū. ideo dixerūt ꝙ iudicia nō sūt vera ex quo nō habent̄ vera loca planetarū. Quibꝰ dicit albumazar ꝙ astronomus cū de aliqua re voluerit iudicare in hoc debet cōfidere ut aspiciat naturas planetarū ac ꝓprietates eorū ⁊ dn̄m signi vniuscuiusqꝫ eorū ⁊ sue exaltatiōis atqꝫ dn̄os triplicitatis sue. locū quoqꝫ eius ex angulo ⁊ succedentibꝰ eius ⁊ casu eiꝰ ab angulo ⁊ pn̄tia eius

in domo substantie τ domo fratrū τ ceteris domib⁹ circuli τ postea iudicet. Gradib⁹ vero signoꝛū est significatio pticularis qua vtuntur astrologi in quibusdā rebus ꝓprijs. Si autē fuerit in loco planete er roꝛ ex minutis uel gradu vno: nō impedit hoc magisteriū iudicioꝛū Et opoꝛtet eū qui exercet magisteriū iudicioꝛū cū dederit ei calculatoꝛ loca planetaꝝ ex signis in quibusdā tpibus ut iudicet p ipsa loca in quib⁹ sunt planete si significent illud uel illud. Certitudo vero gradus in quo loco sint: ex signis suis fm veritatē erit sup calculatores τ ab eis exiget̄. Et ponit exemplū de medicis dicēs: ꝙ medicus tenetur iudicare naturā vniuscuiusqꝫ medicaminis τ cui rei sit vtilis τ quib⁹ infirmitatib⁹ ꝓficiat. Inquisitio v̄o specierū in regionib⁹ τ earū tritura a medicis nō est exigenda: sꝫ ab auctoꝛibus specierū. Ita est dicit ipse de iudicijs astroꝝ. Ad illū qui exercet iudicia ptinet solū defendere ꝙ planete significāt sup res hui⁹ mundi: τ quid significēt: τ ptinet ad ipsū scire ꝓprietates τ naturas ipsoꝝ. Ad calculatoꝛē vero ptinet verificare gradus eoꝝ. Septima secta est eoꝝ qui r̄epulerūt hāc scientiā eo ꝙ aspexissent in ea τ impossibile fuit eos peruenire ad id qđ voluerūt. Sūtqꝫ inuidētes hui⁹ magisterij sectatores sup scientia eoꝝ in ipsa τ repellūt scientiā magisterij iudicioꝝ ꝓpter iuidiā. Istis nō est contradicendū ut dicit Albumazar cū sit eoꝛū negatio ad hoc magisteriū. Nā negatoꝛ nō debet constringi nisi p qđ vincat̄ τ cogat̄ venire ad veritatē constantē. Octaua secta est quoꝛūdā qui se iactāt de medicinali scia ut acquirāt p eam. nō autē medici pꝛobi τ sapientes in magisterio medicine qui iā legerūt libros antiquoꝛū in scientia medicine ac sciuerūt radices magisterij eoꝝ τ diuersitatē elementoꝛū seu tempoꝛū ac naturarū: coꝛruptionez quoqꝫ eoꝝ τ cetera que sūt eis necessaria in magisterio eoꝛū ex rebus singularib⁹ τ rebus cōpositis. Isti nouerūt dignitates scientie iudicioꝝ astroꝛū. Et sciūt ꝙ scientia astroꝛū sit pꝛincipiuz scientie medicine. Et vtunt̄ magisterio iudicioꝝ in magisterio medicine vsu frequenti in cognitiōe moꝛboꝛū τ augmentatiōe eoꝝ τ diminutione τ in tpibus curatiōis. Multiplicat̄qꝫ eoꝛū recta intentio in magisterio eoꝝ: τ liberant̄ infirmi p manus eoꝛū: ac multiplicant̄ ꝓfectus hominū p eos. Quidā vero ex medicis ex his videlicet quoꝝ impitia abūdat: ratio autē abbꝛeuiat̄ in scientia quoꝛūdam que necessaria sunt illis ad hoc contendunt in magisterio suo ut pꝛeponāt acquisitionē τ postponāt sciētiā. deniqꝫ contradixerūt scientie iudicioꝝ: τ dixerūt ꝙ nō sit motibus planetarū in hoc mūdo foꝛtitudo. Contra quos Albumazar allegat dictum

ypocratis dicẽs. Et iam dixit ypocras in libro aeris dum mensionẽ
faceret de diuersitate aeris ⁊ elementorũ seu naturarũ ꝙ res quas di
ximus de diuersitate aeris sunt in scientia astrorũ. Et ꝙ sciẽtia astro
rũ nõ est modica pars sciẽtie medicine. Nona secta est vniuersitatis
vulgi. Et isti diuidunt in duas sectas: quarũ vna est eorũ qui nesciũt
dignitatem iudiciorũ ceterarũq; scientiarũ neq; dignitatẽ prescien-
tie rerũ. dignior q; hominib⁹ apud eos est cui fuerit plus substantie.
De istis fuit prius dictum. Contra quos dicit albumazar ꝙ substan
tia ⁊ fortuna aptant̃ sapienti ⁊ insipiẽti: forti quoq; ⁊ debili: ⁊ homo
nõ est laudabilis sup hoc qđ aptat̃ ei ex hoc qꝛ hoc nõ est aptatuz ei
ꝑ scientiam suã neq; per insipientiaz: neq; ꝑ fortitudinẽ seu debilita-
tem suaz: sed laudat̃ super sapientia ⁊ cognitione: quia dignitas ho
minis sup cetera animalia nõ fit nisi per sapientiã ⁊ cognitionem ⁊
ꝑ cognitionẽ rerum que fuerunt ⁊ que future sunt. Et quibusdã inter
positis dicit ꝙ dignius rerũ in homine est futurorũ sciẽtia. Decima
secta est etiam vniuersitatis vulgi. Et isti repulerũt scientiã hui⁹ ma-
gisterij ꝓpter hoc ꝙ viderũt de multitudine erroris eorũ qui se iactãt
de ea: eo ꝙ vulgus recipit res per cognitionẽ apparentie. Cũq; vidis
sent multitudinẽ erroris eorũ qui se iactant de hac sciẽtia in his que
interrogant̃ ex scientia iudiciorũ astrorum mendacẽ eam putantes
repulerũt ⁊ referunt magistros hui⁹ scientie ad insipientiã ⁊ dixerũt
ꝙ est scientia cassa. Dicit Albumazar ꝙ isti nõ sunt culpandi in con-
tradictione magisteriorũ huius scientie: quia plurimi eorũ qui se ia
ctant de ea sunt homines insipientes ⁊ impiti atq; caduci. Et quibus
dam interpositis dicit ꝙ isti exercent sub nomine hui⁹ magisterij va
rias seductiones quibus seducũt homines debiles vult dicere ꝙ qui
dam opant̃ geomanticã uel per sortilegia sub nomine hui⁹ scientie.
Isti nõ querunt nisi lucrum. Et dicit ꝙ isti cũ interrogant̃ de aliqua
re tendunt in responsionem ad rem qua gratulat̃ querens ⁊ sibi con
gruit volentes eum letificare causa cupiditatis sue. Hec sufficiãt de
decem sectis quas ponit Albumazar. Et posset addi vndecima secta
Et sunt illi qui dicunt ꝙ ista scientia sit contra fidez. Quibus dico ꝙ
ipsi nõ legerunt libros sapientiũ antiquorũ: quos si legissent scirent
ꝙ hec scientia nõ est contra fidez imo pro fide. Ponũt eni doctores
hui⁹ scientie mundũ creatum qđ est primũ fundamentuz fidei. Dicit
eni haly abẽragel in prima parte sui libri in capitulo de natura Io-
uis: ꝙ tempore quo deus incepit creare mundũ posuit Iouẽ in ascẽ-
dente. Et albumazar in introductorio suo dicit. Et dicamus primuz

ꝙ motus circuli fit a virtute prime cause. Et quibusdam interpositis dicit. Ecce qualiter ꝑtraximus creatorem ex rebus apparentibus ꝛ notis que ꝑtingunt̄ sensibus ꝙ sit sempiternus habens virtutē absqȝ essentia finis imobilis ꝛ incorruptibilis altissimus sit nomen ei⁹ benadictum ꝛ exaltatū exaltatione maxima. ¶ De diuisione astronomie expedio me breuiter ꝛ pono diuisionem quā ponit Albumazar in introductorio suo magno. Due sunt species astronomie: quarum vna est scientia totius scȝ de circulis ꝛ motibus eorū. Secunda ē ars iudiciorū astronomie. Hanc diuisionem ponit etiaȝ Ptolemeus in principio quadripartiti sui. Et haly in cōmento ideȝ. Prima species est tradita ꝑfecte ꝛ complete quantum ad principia ꝛ conclusiones a Ptolemeo in almagesti. Uel posset prima species subdiuidi. Scientia de motibus est duplex: quedam est instrumentalis quedā tabularis. Illa instrumentalis est duplex: quoniā quedam sunt instrumenta ad obseruandū siue inuestigandū motus: sicut sunt regule Ptolemei armille ꝛ consimilia. Alia sunt instrumenta ꝓ opationib⁹ quotidianis exercendis sicut astrolabiū sphęra solida ꝛ consimilia. Secunda species scȝ ars iudiciorū astrologie habet quattuor ꝑtes principales. Quarū prima est de interrogationib⁹. Secunda de natiuitatibus. Tertia de reuolutionibus annorū: ꝛ hec est duplex. s. de reuolutionibus annorū mundi: ꝛ de reuolutionib⁹ annorū natiuitatum. Quarta de electionibus. De istis quattuor partibus haly abēragel fecit vnū librum completuȝ. Ptolemeus autē in quadripartito omisit duas partes. s. de interrogationibus ꝛ horarū electionibus, sed haly qui cōmentauit ipsum: excusat ipsum dicens: ꝙ satis possunt haberi iste due partes ex his que Ptolemeus dicit ibidem. Preter istas sūt quedam alie partes iudiciorū. s. de cōiunctionibus magnis: de imaginibus: de sigillis: de quibus parū uel nihil habemus. Aduertentes autē plurimi antiquorū ꝛ etiā modernorū ꝙ iste partes essent difficiles ad intelligendū debentib⁹ primo adiscere illā scientiam fecerunt libros introductorios in quib⁹ posuerunt principia ꝛ exposuerūt terminos quibus vtunt̄ magistri iudiciorū. Inter autē alios introductorios liber alchabicii est magis approbatus apud modernos. Iō dimissis alijs de ipso ad presens intendimus. His visis ad litteram descendamus.



Ostulata a domino

In principio isti⁹ libri septē possunt queri. Primo que sit intētio libri. Secūdo que sit vtilitas. Tertio quis sit titulus libri. Quarto cui parti philosophie supponat. Quinto qñ debet legi Sexto de subiecto libri. Septimo de diuisione libri. Intentio libri est patefacere scientiaȝ vniuscuiusqꝫ rei cui⁹ scientia necessaria ē incipiēti adiscere scientiā iudiciorū astroꝝ. Utilitas ei⁹ patet: qm̄ oīs qui vult scientiā iudiciorū incipere doctrina hui⁹ libri sufficiens erit ei: quā si bene intellexerit poterit oēs libros iudiciorū ꝑ se intelligere. Titulus hui⁹ libri talis est. Incipiūt ysagoge alchabicij ad scientiā iudiciorū astrorū. Et debet legi ante oēm librū iudicioꝝ astrorū. De qua parte sit patet ex ꝑcedentib⁹. Est enī de parte scientie iudicioꝝ astroꝝ. Subiectū eius est illud qđ est subiectū in tota astronomia iudiciali. s. corpus celeste inquantū ꝑ motū ⁊ lumen causat generationē ⁊ corruptionē in reb⁹ existentib⁹ sub orbe lune. Diuisio libri patebit in ꝓcessu. Diuidit aūt iste liber prima diuisione in duas ptes. s. in partē ꝓhemialē: ⁊ executiuā. Pars executiua incipit ibi. In noīe dn̄i zodiacus ⁊c̄. Pars executiua diuidit in quinqꝫ ptes ſm q diuidit auctor in littera quas vocat quinqꝫ differētias ſm q patebit statim. Pars ꝓhemialis potest diuidi in quattuor ptes qm̄ in prima īuocat diuinū auxiliuȝ ꝓ cōpletione opis sui ⁊ cū hoc captat beniuolentiā regis sui ad cui⁹ instantiā forte hūc librū cōposuit. In secūda parte ostendit causā sui libri siue motus qui mouit eū ad faciendū hunc librū. In tertia parte excusat se de rationib⁹. In quarta pte ponit diuisionē sui libri. Secūda pars incipit ibi: cū vidissem. Tertia incipit ibi: ⁊ nō introduxi. Quarta ps incipit ibi: ⁊ diuisi eū in quinqꝫ differētias. Primo breuiter sicut hō fidelis petit a deo prolixitatē vite ut possit opus suū cōplere. Et petit durabilitatē honoris gladij regis ⁊ custodiā operū suoꝝ ⁊ ampliationem sui imperij.

Cuȝ vidissem. In ista parte ponit causā que mouit ipsuȝ ad faciendū hunc librū. Et dicit q cum vidisset multos antiquoruȝ fecisse libros introductorios ad scientiam

iudicioꝝ astroꝝ ⁊ quosdam ex eis nō posuisse oīa necessaria ad intro
ductionē: ⁊ quosdā nimis plixe tradidisse ea que tradiderūt ⁊ inter cō-
fusa dicta eoꝝ perijsse. i. obscurata esse illa que necessaria sūt ad intro-
ductionē. Et etiam quosdā nō pcessisse in dictis eoꝝ ordine discipline
pponendo illa que debēt preponi ⁊ postponēdo illa que debēt postpo-
ni: sed fecisse contrariū. Incepit edere hunc librū ⁊ collegit in eo ex di-
ctis antiquoꝝ ea que erāt necessaria ad introductionē ⁊ īutilia omisit.

Et nō introduxi. Hic excusat se de rationib⁹ ⁊ dicit qꝫ nō posuit in hoc libro ratiōes que essent ne
cessarie ad defendendū que dixit: qꝛ iste posite sunt in libro Ptolemei
scꝫ in quadripartito. Ibi eni Ptolemeus cōfirmat iudicia p multas ra
tiones. Et dicit etiam se fecisse vnū librum de confirmatione iudicioꝝ
vbi posuit rationes ad hoc sufficientes.

Et diuisi eum. Hic ponit diuisionē libri sui. Et dicit qꝫ diui
sit eū in quinqꝫ differentias ut patet legendo
litteram.

In noīe dñi. Zodiacus. Finito probe-
mio icipit tra-
ctatus. Et potest diuidi in quinqꝫ ptes que sūt quinqꝫ dif-
ferentie fm qꝫ auctor diuidit in littera. Prima differētia
est de esse circuli signoꝝ essentiali ⁊ accidentali. Secun-
da est de naturis septē planetarū. Tertia quid accidit se-
ptē planetis. Quarta de expositiōe terminoꝝ siue nominū quib⁹ vtunt
magistri iudicioꝝ. Quinta de piectione partiū. Secūda differentia in-
cipit ibi: ⁊ qꝛ auxiliante deo. Tertia ibi: Naꝫ esse planetarū. Quarta ibi
Initiū horū. Quinta ibi: ⁊ cū notauerim⁹. Prima pars diuidit i duas:
qm̄ in prima parte expedit se de esse circuli signoꝝ essentiali. Secundo
de esse accidētali. Secūda ibi: Nā circulus figurat in omni hora. Pri-
ma pars pōt diuidi i quattuor ptes. In prima determinat de diuisiōe
circuli signoꝝ ⁊ his que consequunt ipsam diuisionē. In secūda parte
determinat de dignitatib⁹ planetarū i signis. In tertia de figuris signo
rū. In quarta quid habēt signa ex mēbris hoīs: ⁊ quid habēt ex regio-
nibus ⁊ plantis. Secūda pars incipit ibi: habēt quoqꝫ planete. Tertia
ibi: sequunt has figure signoꝝ. Quarta ibi: ⁊ vnūquodqꝫ. Prima pars
pōt diuidi in quinqꝫ. In prima pte ponit diuisionē circuli signoꝝ. In
secūda pte compat ista adinuicē. In tertia compat ea ad quattuor tpa
anni: ⁊ ad quattuor etates: ⁊ ad quattuor humores. In qrta ponit or-
dinem planetarū ⁊ exponit quō accipit in. cū dicit planeta est in signo.

ff

In quinta addit quoddam de capite ꝛ cauda draconis. Secunda inci pit ibi: ꝛ sex ex his signis sunt septentrionalia. Tertia ibi: ꝛ vocatur illa quarta. Quarta ibi: omnibus autem planetis. Quinta ibi: significatur etiam per caput ꝛ caudaꝫ. Primo dicit ꝙ circulus signorum diuiditur in duodecim partes equales que vocantur signa ꝛ nominantur nominibus duodecim imaginuꝫ que sunt in ipso circulo signorum: que sunt aries taurus gemini ꝛc̃. Et quodlibet signum diuiditur in triginta partes equales que vocantur gradus. Et quilibet gradus diuiditur in sexaginta ꝛ vocantur minuta. Et quodlibet minutum in sexaginta ꝛ vocantur secūda: ꝛ quodlibet secundū in sexaginta ꝛ vocantur tertia. ꝛ quodlibet tertium in sexaginta ꝛ vocantur quarta. ꝛ sic vsq̧ in infinitum.

¶ Circa istam partem possunt moueri duo dubia. Primum est de numero signorum. Secundum de ordine. De numero signorum disputat Albumazar dicens: quidam ex his qui diuersa a nobis sensere contradixerunt dictis antiquorum in numero signorum. Et dixerunt: cur putastis ꝙ signa sunt duodecim nec plus nec minus. Quibus respondet Albumazar dicens: ꝙ aracis philosophus patefecit quadragintaocto imagines que sunt in circulo. id est in octaua sphera ꝛ earum nomina: ꝛ auctorizauerunt eius sententiam omnes sapientes antiqui ꝛ concordauerunt cum eo super hoc. Et duodecim ex his imaginibus sunt i circulo signorum. Hac de causa dixerunt ꝙ sunt duodecim. Aliā causam assignat Albumazar dicens: ꝙ philosophi inuenerūt ꝙ omnes res que fiunt ꝛ destruuntur in hoc mundo sunt composite ex elementis ꝛ omni indiuiduo quod efficitur ex quattuor elementis sūt tria esse: scilicet initium medium ꝛ finis. Quattuor igitur elementa multiplicata per tria faciunt duodecim. igitur signa sunt duodecim. Tertia causa est quia ꝑ motum solis fit generatio ꝛ corruptio in rebus inferioribus ꝛ ei⁹ opus plus apparet in hoc mundo q̄ꝫ opus aliorū planetarum. Et ipse rotatur in his duodecim imaginibus ꝛ sunt ei locus. Et ꝭm decursum eius in his duodecim imaginibus variantur tempora anni. Ideo philosophi posuerunt duodecim imagines digniores significatione. Et attribuerunt eis significationem vniuersaleꝫ. Ceteris vero trigintasex imaginibus attribuerunt significationē propriam. ¶ Secunda dubitatio est de ordine ꝛ de principio. Aliquis enim posset dicere quare inceperunt ab ariete cum circulus nō habeat principium neq̧ finem. Ad hoc dicit Ptolemeus in. 56ª propositione prime partis quadripartiti: ꝙ ideo est principium ab ariete quia est signū masculinū: ꝛ agens est di-

gnius paſſo ⁊ equinoctialis tranſit per ipſum: ⁊ abinde ideſt ab equi-
noctiali incipit maior mutatio totius firmamenti. ¶ Sed aliquis dice
ret per iſtam rationē videtur ꝙ initium debeat eſſe a libra: quia eſt ſi-
gnum maſculinū ⁊ equinoctialis tranſit per ipſum ⁊ maior motus fir-
mamenti eſt ibi. quare ergo inceperunt ab ariete potius ꝗ a libra. Po
teſt ſolui per dictum Ptolemei in. 140ª propoſitione prime partis vbi
dicit ꝙ principium in firmamento eſt ille locus in quo complexio tem
poris eſt humidior ſicut prima etas animaliū eſt in qua complexio eſt
humidior. Poſſet aliter dici quia ab ariete incipit generatio: a libra
vero corruptio. ¶ De ordine diceret aliquis quare poſuerunt taurum
poſt arietem ⁊ deinde gemini: poſtea cancrū. Dicit Albumazar ꝙ quat
tuor ſunt qualitates ſimplices elementorū ſcilicet caliditas ſiccitas hu
miditas ⁊ frigiditas. Et due ex iſtis ſunt ſicut agentia ſcilicet caliditas
⁊ frigiditas. ⁊ alie due ſunt ſicut patientia ſcilicet ſiccitas ⁊ humiditas
Agentia autem ſunt digniora patientibus: ideo inceperunt ab agenti-
bus. Et agentiū vnum eſt principium generationis ſcilicet caliditas: ⁊
aliud principium corruptionis ſcilicet frigiditas. Res autē prius gene
ratur ꝗ corrumpit: ideo poſuerunt arietem in principio quod eſt ſignū
calidum ⁊ ſiccum de natura ignis qui eſt primo calidus. Et poſuerunt
cancrū in fine quod eſt ſignum frigidū ⁊ humidū de natura aque que
eſt primo frigida. Et poſuerunt taurum poſt arietem: quod eſt ſignū fri
gidum ⁊ ſiccum de natura terre que eſt primo ſicca: quia ſiccitas terre
conueniens eſt calori ignis. Et poſuerunt ſignum geminorū ante can-
crum quia eſt ſignum calidum ⁊ humidum de natura aeris qui eſt pri-
mo humidus: ⁊ humiditas aeris eſt conueniens humiditati aque.
¶ Ad euidentiam predictorū eſt intelligendū ꝙ in octaua ſphera ſunt
quadragintaocto imagines in quibus eſt concordia apud omnes anti
quos ſicut dicebatur. ⁊ ſunt in eis. 1022. ſtelle que dicuntur ſtelle fixe ⁊
mouentur omnes vno motu ſcilicet ad motum octaue ſphere in centū
annis fere vno gradu. Et antiqui poſuerunt eas in ſex ordinibus ita ꝙ
illas que ſunt maiores poſuerunt in primo ordine ⁊ ſunt quindecim.
Et que ſunt infra has poſuerunt in ſecundo ordine: ⁊ ſunt. 45. Et que ſūt
infra has poſuerunt in tertio ordine ⁊ ſunt. 208. Et que ſunt infra has
poſuerūt in quarto ordine: ⁊ ſunt. 474. Et que ſunt infra has poſuerunt
in quinto ordine: ⁊ ſunt. 217. Et que ſunt infra has poſuerunt in ſexto
ordine: ⁊ ſūt ſexagintatria. Ex his. 48. imaginibꝰ. 12. ſūt in via ſolis ſicut
dictū eſt: ⁊ ſunt in eis ex ſtellis. 346. Nomina earū imaginū ſunt aries
taurus ⁊c̃. Et remanent. 36. imagines quarū. 21. declinant a via ſolis

ad septentrionē: ꝛ. 15. ad meridiem. Que declinant ad septentrionē habent ex stellis supradictis. 360. Et noīa imaginū sunt hec. Prima ē vrsa minor. Secūda est vrsa maior. Tertia draco. Quarta dn̄s flāme uel successus. Quinta canis latrans uel vlulans. Sexta corona septentrionalis. Septima incuruatus uel genuflexus. Octaua vultur cadens. Nona gallina. Decima sedens sup sedem. Undecima deferens caput algol. i. diaboli. Duodecima tenēs habenas. 13ª serpētarius. 14ª serpens. 15ª amisator. 16ª aquila volans. Alius liber habet vultur volans. 17ª delphinus. 18ª equus primus. Alius liber habet caput equi. 19ª equus secundus. Alius liber habet equus alatus. 20ª mulier que nō nouit virū. 21ª est triangulus. Que vero declināt ad meridiē habent ex stellis supradictis. 316. quarū imaginū nomina sunt hec. Prima earū est marinus leo quē quidam vrsum appellant. 2ª algebar. i. canis validus. 3ª flumē. 4ª lepus. 5ª canis maior. 6ª canis mior. 7ª archa noe. 8ª serpēs. 9ª vas. 10ª coruus. 11ª deferens leonē: ꝛ ipsius medietas est humane figure ꝛ altera equi. 12ª leopardus 13ª thuribulum. 14ª corona meridionalis. 15ª piscis meridianus.

Et sex ex his signis. In ista parte compat auctor signa ad inuicē. Et pōt diuidi in tres partes. Primo comparat ea quantū ad ptes mūdi: uel quantū ad declinationes. Secūdo quantū ad ascensiones. Tertio quantū ad qualitates. Prima in principio. Secūda ibi: ꝛ sex ex illis dicunt directe ascendentia. Tertia ibi: ꝛ vocat medietas. Primo dicit ꝙ sex ex predictis. 12. signis sunt septētrionalia: qꝛ declinant a linea equinoctiali versus polū septentrionalē. s. a principio arietis vsqꝫ ad finē virginis. Et alia sex. s. a principio libre vsqꝫ ad finem pisciū sunt meridionalia: qꝛ declinant ab equinoctiali linea versus polū meridionalē. Juxta quā partem est intelligendū ꝙ equinoctialis est circulus quē describit sol raptu firmamenti. s. p motum diurnū qn̄ est in primo puncto arietis ꝛ eundem describit in primo puncto libre. ideo vocatur a Ptolemeo equator diei ꝛ noctis: quia tūc tpis dies ꝛ nox sunt eiusdē longitudinis p vniuersum mundū vbi sol oritur ꝛ occidit. Hoc ideo dico quia duo sūt loca in mūdo sup que sol nō oritur nec occidit quando est in principio arietis uel libre quorū vnus ē sub pplo arctico ꝛ alter sub polo antarctico. ¶ Hic posset moueri illa questio. Utrū sub equinoctiali sit habitatio. Uidet ꝙ nō. Nā vbi est ppetua caliditas ibi nō est habitatio: sed sub equinoctiali est ppetua caliditas. sol eni semp decurrit sup illā partē ꝛ modicū declinat ab illa. Itē auctor sphere dicit ꝙ quinqꝫ sunt zone i celo: quarꝫ

vna est torrida zona et illa secundum eum est sub equinoctiali et ex vtraque parte vsque ad tropicos et due sub polis et due medie. Ibi vult quod tres earum sunt inhabitabiles scilicet torrida zona propter nimium calorem: et due existentes sub polis propter nimium frigus: et alie due secundum eum sunt habitabiles quia temperate. Breuiter ego credo cum auicenna quod sub equinoctiali sit habitatio et optima habitatio. Et breuiter pono vnam rationem que mouit me. Ibi est optima habitatio vbi est maxima temperies: sed sub equinoctiali est maxima temperies ergo etc. Maior est nota. Minorem declaro. sub equinoctiali enim dies et nox sunt equales sicut dictum est. et tantum potest infrigidari aer in nocte sicut calefit in die. Item declinatio solis maxime variatur ibi. Mutatur enim declinatio in vno die per 24. minuta ideo forte vix potest accidere quod sol transeat directe supra capita eorum quia hoc non accidit nisi sol intraret principium arietis uel libre recte in meridie. Item sol nunquam manet in eadem altitudine super ipsos: sed statim in instanti si esset motus in instanti variatur altitudo. Ita enim velociter sicut primum mobile mouetur accedit ad meridiem et recedit a meridie. Et vbi debet fieri magna calefactio oportet quod radij infigantur per aliquod tempus: sicut videmus in speculo ardenti si moueretur speculum non incenderet festucas uel aliam rem que opponeretur. Item planete frigidi refrenant ibi caliditatem calidorum: quia omnes semper sunt ibi propinqui quamuis quidam dicant quod planete non causant frigiditatem sed eorum frigiditas est calor minor. In veritate hoc non credo salua gratia illorum. Uidi enim quod eadem causa frigoris non facit tantum frigus in partibus multum septentrionalibus quantum facit in minus septentrionalibus. Posset etiam probari ratione. Si esset ita quod nullus planeta influeret frigiditatem sed causaret caliditatem sequeretur quod presentia saturni in estate estas fieret calidior: quia tale additum tali: facit ipsum magis tale: sed hoc non videmus quare etc. Et si diceret aliquis quod minor caliditas sua temperat maiorem caliditatem solis: sicut aqua tepida calidam. Hoc non valet: quia ibi fit mixtio materialis. in influentijs autem celestibus fit mixtio virtualis. Et est imaginandum in influentijs de maiori calore et minori sicut de duobus ignibus calefacientibus vnam ollam quorum vnus esset fortior alio. Certum est quod minor ignis non infrigidabit ollam nec impediet fortiorem ignem in calefactione sua. Rationes in oppositum sunt solute: quia prima dicit quod est ibi perpetua caliditas. Dico quod non est ibi perpetua caliditas que impediat habitationem. Auctorem sphere nego in proposito quantum ad hoc.

Et sex ex illis dicũtur directe ascẽdẽtia

Hec ps posset diuidi sz nõ est vis. Dicit breuiter q͏̃ .6. signa ex signis p̃dictis ascendũt recte. ⁊ .6. oblique. Recte ascendũt a principio cancri vsq͏̃ ad finẽ sagictarij. Alia .6. ascendũt oblique. Ista habent ex tractatu de sphera iõ nõ est hic standũ. Postea dicit q͏̃ tortuose seu oblique ascendentia obediũt recte ascendẽtib⁹. Juxta qõ notandũ q͏̃ si duo nascant̃ in q̃busdã tp̃ib⁹ in quib⁹ oẽs alie significatiões sũt pares quantũ ad radicẽ supiorẽ ⁊ etiã inferiorẽ: sz vn⁹ eorũ nascat̃ sub signo directe ascente ⁊ alter sub signo oblique uel tortuose ascẽdẽte. ille qui nat⁹ fuerit sub obliquo obediet alteri q̃ nat⁹ fuerit sub signo directo dũ illa signa sunt eiusdẽ longitudinis a p̃cipio cancri. Verbi grã: ille q̃ natus fuerit sub geminis obediet ei q̃ natus fuerit sub cancro. ⁊ ille q̃ sub tauro ei q̃ sub leone. ⁊ ille q̃ sub ariete ei⁹ q̃ sub virgine: ⁊ sic de alijs. Postea dicit q͏̃ q̃libet duo signa que sũt eiusdez longitudinis a principio arietis dicunt̃ cõcordantia: sicut pisces ⁊ aries aquari⁹ ⁊ taur⁹ capricornus ⁊ gemini ⁊ sic de alijs. Et põt applicari sicut pri⁹. Et hoc est iõ q͏̃z ascensiões illorũ signorũ sũt equales. Et hoc est qõ dicit auctor tractat⁹ de sphera: q̃libet duo signa eq̃liter distãtia ab alterutro puncto℞ equinoctialiũ adequãtur in suis ascensionib⁹. Postea dicit q͏̃ medietas circuli q̃ est a principio leonis vsq͏̃ in finẽ capricorni vocat̃ medietas maxima ꝓpter ascensiones. Et est medietas solis: q͏̃z leo est dom⁹ solis ⁊ ascensiões incipiũt ibi notabiliter augmẽtari. Et sol habet in tota illa medietate dignitatẽ sicut planete in terminis suis. Et alia medietas ẽ lune. s. a principio aq̃rij vsq͏̃ ad finẽ cancri: ⁊ illa vocat̃ medietas minima eo q͏̃ ascensiones notabiliter incipiũt ibi minorari. Et luna habet ib dignitatem quã sol habet in maxima.

Et vocatur medietas. Hic cõparat signa ad inuicez quantũ ad q̃litates in generali. Et breuiter dicit q͏̃ medietas que est a principio arietis vsq͏̃ ad finez virginis ẽ medietas calida: q͏̃z facit nobis estatẽ. Et alia medietas ẽ frigida quia facit nobis hyemem.

Et vocatur illa quarta pars. Hic cõpat ista .12. signa ad .4. tpa anni ⁊ ad .4. etates. ⁊ ad .4. humores siue cõplexiões. Et dicit q͏̃ q̃rta ps q̃ ẽ a principio arietis vsq͏̃ ad principiũ cancri ẽ calida ⁊ humida sicut ver ⁊ sicut etas puerilis ⁊ sicut cõplexio sanguinea. Et alia q̃rta ps q̃ est a principio cancri vsq͏̃ ad p̃cipiũ libre ẽ calida ⁊ sicca sicut estas ⁊ sicut secũda etas ⁊ sicut cõplexio colerica. Et alia q̃rta ps q̃ est a principio li-

tre vsq₃ ad principiũ capricorni ē frigida ⁊ sicca sicut autumnus: ⁊ sicut tertia etas q̄ est principiũ diminutiõis: ⁊ sicut complexio melancolica. Et q̄rta ps q̄ est a principio capricorni vsq₃ ad finē pisciũ ē frigida ⁊ humida sicut hyems: ⁊ sicut etas vltima: ⁊ cõplexio flegmatica.

Omnibus autē planetis. Hic ponit ordinē .7. planetarũ: ⁊ quõ accipitur in qñ dicit planeta est in signo ⁊ patet in lrã. Sed nota hic triplicez acceptionē signi sicut ponit auctor sphere: ⁊ q₂ ibi inuenies nõ pono hic.



Habent autē planete. Prius determinauit auctor de diuisione circuli signorũ: ⁊ de q̄busdã q̄ cõsequunt ipsã diuisionē. Hic vult determinare de dignitatib⁹ planetarũ in signis. Et diuidit in duas. Q̄m primo determinat de dignitatib⁹ essentialib⁹. Secũdo de accidētalib⁹. 2ª ps est ibi: ex potestatib⁹ q̄₃ planetarũ accidentalib⁹ in fine hui⁹ differētie. Prima ps diuidit in duas: q̄m in prima facit qð dictũ ē. s. determinat de dignitatib⁹ planetarũ in signis. In 2ª pte determinat de fortitudinib⁹ q̄s habēt in ipsis dignitatib⁹. 2ª ibi: ⁊ q₂ iã auxiliãte deo. Prima ps diuidit in quinq₃ ptes ſm q̄nq₃ dignitates: q̄m primo determinat de dignitate planetarũ q̄ vocat dom⁹. Secũdo de dignitate q̄ vocat exaltatio. Tertio de dignitate q̄ vocat triplicitas. Quarto de dignitate q̄ vocatur termin⁹. Quinto de dignitate q̄ vocat facies. 2ª ibi: he sũt exaltationes 3ª ibi: triplicitates sic distinguim⁹. 4ª ibi: hñt q̄₃ in vnoquoq₃ signo. 5ª ibi: facies autē signorũ. Prima ps põt diuidi in duas ptes: q̄m in p̄ma pte ostēdit q̄ sint dom⁹ planetarũ. In 2ª pte q₂ q̄libet eorũ p̄ter solē ⁊ lunã habet duas dom⁹: quarũ vna ē ei magis p̄ncipalis: ⁊ illa vocat gaudiũ: iõ ostēdit q̄ sint ille dom⁹ in quib⁹ gaudēt. 2ª ibi: signa aũt in quib⁹ Prima diuidit in duas. Primo ponit determinãdũ de dignitatib⁹ planetaꝝ ⁊ ponit diuisionē in lrã. Secũdo ꝓsequit ibi: dom⁹ he sũt. Dicit q̄ planete hñt in signis p̄dictis quasdã dignitates seu ptãtes ꝑ naturam ⁊ quasdã ꝑ accidēs. Que sũt ꝑ naturã sũt dom⁹ exaltatio triplicitas terminus ⁊ facies. De his aũt dignitatib⁹ q̄s hñt ꝑ accidēs vult postea dicere

Domus he sũt Dicit q̄ aries ⁊ scorpi⁹ sũt domus martis taur⁹ ⁊ libra dom⁹ veneri: gemini ⁊ virgo domus mercurij: cancer dom⁹ lune: leo domus solis: sagictari⁹ ⁊ pisces dom⁹ iouis: capricorn⁹ ⁊ aquari⁹ dom⁹ saturni. Postea dicit q̄ .7. signũ a domo cuiuslibet dicit ei⁹ detrimentũ. Vbi grã: sicut leo ē domus solis: sic aquari⁹ quod est signũ oppositũ leoni est detrimentũ solis: ⁊ eodem

modo intelligas de alijs. Deinde dicit q duo signa que sunt dom⁹ vni⁹ planete dicunt ɔcordantia in cingulo.i. in circulo signoꝝ siue zodiaco q est latus i medio ꝛ in ligatura strict⁹.i. iuxta polos. Ad qđ intelligendū oportet imaginari circulos transeūtes ꝑ principia signoꝝ ꝛ ꝑ polos zodiaci: ꝛ totū spaciū cōprehensū inter quoslibet duos circulos est vnū signū sicut exemplificatū fuit in lectiōe ꝑcedēte. Ista ɔcordātia videtur mihi parū facere ad hoc q duo signa debeāt esse dom⁹ vni⁹ planete: qꝛ quelibet duo signa illo mō ɔcordāt. Ideo pōt aliter exponi siue glosari verbū auctoris q quelibet duo signa que sūt dom⁹ vni⁹ planete dicūtur ɔcordantia i zodiaco quātū ad distantiā a domib⁹ luminariū: ꝛ illo mō est verū: verbi grā gemini ꝛ virgo sūt dom⁹ mercurij ꝛ equaliter distant a leone ꝛ a cancro que sūt dom⁹ luminariū: ꝛ taurus ꝛ libra q̄ sunt dom⁹ veneris equaliter distāt a leone ꝛ cancro. Et hāc ɔcordantiā inuenies in oīb⁹. Ptolemeus assignat causā quare leo est dom⁹ solis ꝛ cancer dom⁹ lune: ꝛ siliter de alijs in. 173 ꝓpositiōe ꝛ. 6 ꝓpositionib⁹ sequētib⁹ prime ꝑtis de domib⁹ luminariū solis ꝛ lune dicit duo signa septētrionalia que sūt ꝓpinquiora zenith capitū nostroꝝ q̄ꝫ alia ꝛ hac ratiōe faciūt calorē que sūt cancer ꝛ leo posuerūt ambo ꝓ domib⁹ duorū luminariū magnis ꝛ nobilib⁹. leonē qꝛ masculus domū solis: ꝛ cancrū qꝛ femina domū lune. Haly dicit in cōmento exponēs verba ꝑdicta q duo signa maxime septētrionalia sūt cancer ꝛ gemini: sed gemini est signuꝫ calidū ꝛ humidū ideo nō ɔcordat cū aliquo eorū. In hoc q humectat nō cōcordat cū sole q calefacit ꝛ desiccat: nec cū luna qꝛ feminea ē ꝛ nocturna. signū autē geminorū ē masculinū ꝛ diurnū. Sꝫ leo cōcordat cū sole: qꝛ est signū calidū ꝛ siccū: ideo cōuenit ut leo sit domus solis. Et qꝛ luna sequit solē iō cōuenit ut dom⁹ lune sit circa domū solis. Tūc diceret aliquis quare g° virgo nō est domus lune cū sit circa leonē qui est domus solis. Dicit haly q signū virginis nō cōuenit lune: qꝛ virgo ē signū siccū: luna v° humida. Et ꝓpter hoc posuerūt cancrū q est humidus domū lune. De domib⁹ alioꝝ planetarū assignat duas cās: quarū vna accipit ab ordine planetarū ꝛ signorū. Alia ab aspectib⁹. Breuiter ut cōcludā intentiōnē suā paucis verbis vult dicere q capricorn⁹ ꝛ aquari⁹ sunt dom⁹ saturni: qꝛ hec duo signa maxime distāt a domib⁹ luminariū ꝛ saturnus est supior oīuꝫ planetarū. Et sagictari⁹ ꝛ pisces sūt dom⁹ Iouis: qꝛ hec duo signa sunt iuxta domus saturni: sicut Iupiter est sub saturno. Scorpio ꝛ aries sunt dom⁹ martis: qꝛ sunt iuxta domos Iouis: sicut mars sub Ioue. Libra ꝛ taur⁹ sūt domus veneris ꝓpter eandē causam. Et virgo ꝛ gemini domus mercurij. Et si inceperis ordinē ab inferiori inuenies idem: verbi gratia: virgo ꝛ gemini sūt iuxta domos lumi-

nar iū ⁊ sunt domus mercurij: qꝛ mercurius sequiť post lunā in ordine: ⁊ sic de alijs. Alia causa quā assignat accipiť ab aspectibꝰ ⁊ vult dicere ꝙ saturnus est maioꝛ infortuna: ideo domꝰ sue debent distare a domibus luminariū aspectu opposito q est aspectꝰ ꝑfecte inimicitie. Isto aūt mō distāt capricoꝛnꝰ ⁊ aquariꝰ. Capricoꝛnꝰ enī est in opposito domus lune. s. cancri: ⁊ aquariꝰ in opposito domꝰ solis. s. leōis. Et Jupiter ē fortuna maioꝛ. iō domꝰ sue debēt distare a domibꝰ luminariū aspectu trino. i. aspectu ꝑfecte amicitie. hoc mō distāt sagictariꝰ ⁊ pisces. sagictariꝰ enī aspicit leonē aspectu trino: ⁊ pisces cancrū. Et mars ē infortuna minoꝛ: iō domꝰ sue debēt distare a domibꝰ luminariū aspectu q̄rto qui est aspectꝰ medie inimicitie. Hoc mō distant scoꝛpiꝰ ⁊ aries. scoꝛpius enim aspi cit leonē aspectu quarto ⁊ aries cancruꝫ. Venus est fortuna minoꝛ iō domꝰ sue debēt distare a domibꝰ luminariū aspectu sextili q est aspectus amicitie medie. Hoc mō distāt libꝛa ⁊ taurꝰ. libꝛa enī aspicit leonē aspectu sextili: ⁊ taurus cancrū. Et relinquūť mercurio duo signa remanentia. s. virgo ⁊ gemini que sūt iuxta domos luminariuꝫ: qꝛ mercurius nūq̄ꝫ pōt elongari a sole vltra vnū signū: imo nō pōt elongari a sole ſm equatiōes tabularū alfoncij vltra. 28. gradꝰ ⁊. 7. minuta.

Signa autem in quibus. Cū quilibet quinqꝫ planetarū habeat duas domos ostendit q̄ sit domꝰ pꝛincipalis cuiuslibet eoꝛuꝫ. Dicit ꝙ saturnus gaudet in aquario. Jupiter in sagictario. mars in scoꝛpiōe. venus ī tauro. mercurius in virgine.

He sunt exaltationes. Dicit ꝙ sol exaltať in. 19. gradu arietis ⁊c. littera plana est Ptolemeꝰ assignat causā exaltationū planetarū in. 199. ꝓpositiōe ꝑme ꝑtis q̄driptiti ⁊ in. 6. sequētibꝰ. Vult dicere ꝙ iō aries ē exaltatio solis: qꝛ dū sol intrat arietē dies incipiūt augmentari supꝛa noctes ⁊ caloꝛ eiꝰ incipit ibi apparere magis. Et libꝛa ē casus eiꝰ qꝛ ibi incipiūt noctes augmētari supꝛa dies ⁊ caloꝛ incipit ibi diminui. Et qꝛ saturnꝰ ē oppositꝰ soli: qꝛ vbi crescit caloꝛ minuiť frigus ⁊ ecōtrario. iō libꝛa ē exaltatio saturni: aries vō casus. Et cū luna ꝯiungiť soli ī ariete incipit lumē eiꝰ pꝛimo apparere ī tauro: iō taurꝰ est exaltatio lune ⁊ scoꝛpio casus suus: qꝛ ē signū oppositū. Et qꝛ Jupiter facit ventos septētrionales ⁊ cancer ē signū septētrionale: iō cancer ē exaltatio Jouis ⁊ signū oppositū. s. capricoꝛnꝰ est eiꝰ casus. Et qꝛ mars est ardēs ꝑ naturā ⁊ ꝓpꝛie cū fuerit ī capricoꝛno multo magis cōburit: qꝛ inclinať ad ꝑtē meridiei: iō capricoꝛnꝰ ē exaltatio sua ⁊ est signū oppositū exaltationi Jouis: ⁊ cancer est eiꝰ casus. Et qꝛ venus naturaliter humectat ⁊ maxime cuꝫ est in piscibꝰ: ideo

piscis est exaltatio veneris et signum oppositum .s. virgo casus eius. Et quia mercurius desiccat per se et in hoc est contrarius veneri: ideo virgo est exaltatio sua quod est signum oppositum exaltationi veneris: et piscis est casus eius. Albumazar assignat fere easdem causas licet alijs utatur verbis: et accepit eas a Ptolemeo: ideo sufficiant ista de causis domorum et exaltationum.



Triplicitates vero. Prius determinauit auctor de domibus et exaltationibus planetarum. Hic determinat de triplicitatibus. Et quia aspectus concomitantur triplicitates ideo determinat ex consequenti de aspectibus signorum. Et secundum hoc hec pars potest diuidi in duas partes. In prima determinat de triplicitatibus In 2ª de aspectibus ibi. 2ª: dicuntur et signa se aspicere. Prima pars potest diuidi in duas. In prima facit quod dictum est. In 2ª ostendit que sunt signa mobilia que fixa et que communia. 2ª ibi: quattuor quoque ex his signis. Prima pars diuiditur in .4. partes secundum .4. triplicitates. 2ª ibi: triplicitas. 3ª ibi: triplicitas. 4ª ibi: quartam vero triplicitatem. Prima in duas. In prima determinat de ipsis triplicitatibus in generali. In 2ª in speciali. Prima in principio. 2ª ibi: aries leo et sagictarius. Dicit primo quod omnia tria signa que sunt eiusdem nature faciunt unam triplicitatem. Postea dicit quod aries leo et sagictarius faciunt primam triplicitatem: quia illa tria signa sunt eiusdem nature .s. ignea: masculina: diurna: colerica: calida et sicca sapore amara. et hec tria signa sunt orientalia. Et ista triplicitas sicut quelibet aliarum habet tres dominos qui vocantur domini triplicitatis. Primus dominus huius triplicitatis in natiuitatibus uel questionibus uel quibuscumque alijs rebus que fiunt in die est sol. 2us est iupiter. 3us est saturnus. In rebus que fiunt in nocte primus dominus huius triplicitatis est iupiter. 2us sol. 3us saturnus. ¶ Notandum est hic quod dicit Albumazar in introductorio suo quod primum signum istius triplicitatis .s. aries facit calorem temperatum. secundum .s. leo facit calorem ledentem. tertium .s. sagictarius facit calorem corrumpentem. Quando aliquod istorum signorum ceciderit in ascendente coniunctionis uel oppositionis solis et lune in tempore hyemali temperatur frigus. In tempore estiuali fit calor excessiuus maxime si dominus illius signi fuerit presens in illo signo uel in aliquo angulorum aspiciens ipsum ascendens. Postea dicit quod taurus virgo et capricornus faciunt secundam triplicitatem quia sunt eiusdem nature: quia omnia tria sunt feminina nocturna terrea frigida et sicca melancolica sapore acria meridiana. Huius triplicitatis domini sunt in die: primus venus: deinde luna: deinde mars. Et in nocte luna primus: deinde venus: deinde mars Dicit albumazar quod primum signum huius triplicitatis facit frigiditatem temperatam confortantem animalia et segetes. Secundum facit frigiditatem ledentem. Tertium corrumpentem. Quando aliquod istorum signorum cadit in ascendente coniunctio-

nis uel oppositionis solis & lune in hyeme & maxime capricorn⁹ fit frigus: maximū maxime si Saturn⁹ fuerit in ipsa triplicitate. Deinde dicit q̄ tertiā triplicitatē faciūt gemini libra & aquari⁹: q2 sūt eiusdē nature. sūt eni masculina diurna sanguinea calida & hūida aerea occidentalia sapore dulcia. Eius dn̄s in die prim⁹ est saturn⁹. 2⁹ mercuri⁹. 3⁹ iupiter. In nocte prim⁹ est mercuri⁹. secūdus saturn⁹. terti⁹ iupiter. Et albumazar dicit q̄ primū signū hui⁹ triplicitatis facit ventos tēperatos cōfortātes & dulces. Secundū facit ventos nocitiuos. Tertiū facit ventos dissipantes aialia & segetes. Qn̄ aliqd istoꝝ est ascendēs in hora cōiūctionis solis & lune mouent̄ venti in illa lunatiōe. & silr̄ intelligas de oppositione. Postea dicit q̄ quartā triplicitatē faciūt cancer scorpio & piscis: q2 oia tria sūt feminina nocturna septētrionalia aquatica frigida & humida sapore salsa. Cui⁹ dn̄i sunt in die: prim⁹ venus. Secūd⁹ mars Terti⁹ luna. In nocte primus est mars. Secūs⁹ venus. Terti⁹ luna. Dicit albumazar q̄ primū signū hui⁹ triplicitatis facit humiditatē tēperatā. Secundū abundantē. Tertiū destruentē. Qn̄ aliqd signoꝝ istoꝝ fuerit in ascendēte cōiunctionis uel oppositiōis solis & lune p̄sumendū est de pluuia illo mense. Ab ista eni triplicitate & a venere & a luna maxie incipiūt pluuie. Dicit abrahā auenezre q̄ si in cōiunctiōe uel oppositōe q̄ p̄cedit introitū solis in arietē: siue fuerit cōiunctio siue oppositio fuerit aliqd istoꝝ signorū ascendēs: & cū hoc luminaria fuerint in angulis id est in ascendēte uel medio celi uel in occidente aut in angulo medie noctis erit nimia pluuia in illo anno. Sed si luminaria fuerint in casu ab angulis non descendet pluuia in illo mense & in maiori parte illius anni. Et ego expertus sum pluries q̄ quando ascendēs cōiunctionis ē signū aquaticū & luna ante oppositionē intrat illud signū in eodem die qn̄ luna intrat gradū qui fuit in ascendēte incipit pluuia & durat ad minus tantū quantū luna moratur in illo signo. Et suo modo intelligas de ventosis signis & frigidis. Hoc inueni p̄ experientiā: sed postea hoc inueni in libro abraham auenezre: & multū gauisus fui quia magis fui certus de veritate. sed abraham dicit q̄ hoc maxime est verum si signū ascendens fuerit aliquis angulorū figure illius terre. Hoc intelligo de figura reuolutionis illius anni in terra illa. Ille enim diuersificat̄ sm̄ diuersas regiones. Et si nō fuerit aliquis angulorum figure illius terre erunt nubes sine pluuia. Cause triplicitatū fere sunt eedem cum causis domorū: ideo p̄transeo.

Quattuor quoq3 ex his signis. Hic ostendit que sūt signa

mobilia ꝛ q̄ fixa ꝛ que media siue cōia. Et assignat causas ꝛ ponit exem pla. littera est plana. ¶ Notandū est hic ꝙ Ptolemeus dicit in. 22. ppo sitione centiloquij. Noua vestimenta facere uel exercere luna in leone existēte timendū est. Et dicit haly in cōmento eiusdē ppositionis ꝙ oīa signa fixa in hoc sūt phibita ꝛ maxime leo. quia cū hoc ꝙ est fixū est si gnū magne victorie: ꝛ significat victoriā omniū rerū que exercēt ꝛ ma lum dominiū in eis. Et dicit ꝙ p facere intendit Ptolemeus scindere ꝛ ꝛ suere. Per exercere intendit induere ꝛ vti. Ex hoc possumus accipere regulā ꝙ omnes res quas volumus habere fixas debemus incipere lu na existente in signo fixo: sicut edificare domos ꝛc̄. Et res quas volum⁹ cito mutare debem⁹ incipere luna existente ī signo mobili sicut iter ꝛc̄.

D Icuntur aūt signa se aspicere.

Prius auctor determinauit de dignitate planetarū que vocaꝛ triplicitas. Et qꝛ triplicitas accipiꝛ a trino aspectu Ideo in hac pte incidentaliter determinat de aspectib⁹. Et pōt diuidi in duas ptes: qꝛ in prima pte determinat de aspectib⁹. In secūda pte de piectionib⁹ radioꝝ. Secūda ibi: cū vero fuerit planeta in aliq̄ signo. Prima ps pōt diuidi in. 4. ptes sm̄. 4. aspe ctus. In prima determinat de aspectu sextili. In secūda pte de aspectu q̄rto. In tertia de trino. In q̄rta de opposito. Secūda ibi: ꝛ aspicit q̄rtū añ se. Tertia ibi: aspicit etiā qntū añ se. Quarta ibi: aspicit etiā septimū. Dicit primo: signa dicunꝛ se aspicere hoc mō. Oē signū aspicit tertiū p⁹ se ꝛ tertiū añ se sicut aries aspicit signū geminorū qđ ē tertiuȝ añ se ꝛ si gnū aquarij qđ est tertiū post se. Et hic aspectus dicitꝛ sextilis eo ꝙ tenet sextā ptē circuli. s. 60. grad⁹ q̄ est quātitas duorū signoꝝ: ꝛ vocaꝛ hic aspe ctus: aspect⁹ amicitie medie ꝛ pōt esse rō: qꝛ q̄libet duo signa isto mō di stantia cōueniūt in vna q̄litate ꝛ cū hoc in sexu: verbi gratia aries ꝛ ge mini cōueniūt in caliditate ꝛ i masculinitate. ꝛ siliter aries ꝛ aquarius. taur⁹ ꝛ cancer ꝯueniūt in frigiditate ꝛ femineitate: ꝛ silr̄ taur⁹ ꝛ pisces ꝛ sic ītelligas de oīb⁹ P⁹ea dicit ꝙ qđlibet signū aspicit q̄rtū añ seꝛ q̄rtū p⁹se: ꝛ iste aspect⁹ dicitꝛ tetragon⁹ siue q̄rt⁹: qꝛ tenet q̄rtā ptē circuli. s. 90. grad⁹ q̄ est quātitas triū signorū. Et vocaꝛ hic aspect⁹: aspect⁹ inimicitie medie: qꝛ q̄libet duo signa hoc mō distātia repugnāt aliqñ in vna q̄lita te: aliqñ in ambab⁹. discordāt etiā in sexu: qꝛ si vnū eorū est masculinū: alterū erit femininū. Et hec ē cā q̄re i morbis acutis ut plurimū fit crisis cū luna venerit ad q̄rtū aspectū loci in q̄ fuit in pncipio morbi: maxie si fuerit repugnātia in ambab⁹ qualitatib⁹: ꝛ cōiter tūc fit crisis salubris:

verbi gratia si luna fuerit in principio egritudinis in aliquo signorum triplicitatis ignee maxime in ariete cū venerit ad quartū signum quod repugnat in ambabus qualitatib⁹ ⁊ in sexu cōiter fit crisis ad salutē sicut si fuerit in ariete quartus aspectus erit in cancro. si in leone quart⁹ aspectus erit in scorpione. si fuerit in sagictario quartus aspectus erit i piscib⁹. In alijs autē signis nō est repugnantia nisi in vna qualitate ⁊ in sexu. verbi gratia: taurus ⁊ leo. taurus est signū frigidū ⁊ siccū feminiuū. leo calidū ⁊ siccum masculinū. Et hanc repugnantiā inuenies in alijs suo modo. Et ꝓpter h crises in istis signis aliqñ fiūt ad salutē ⁊ aliquando ad mortē ſm fortunarū uel infortunarū aspectum ad lunam. Deinde dicit ꝙ quodlibet signū aspicit quintū ante se ⁊ quintū post se. ⁊ hic aspectus dicit̄ trinus eo ꝙ tenet tertiā partē circuli. s. 120. gradus. Et vocat̄ hic aspectus amicitie ꝑfecte: quia quelibet tria signa hoc modo distantia faciūt vnā triplicitatē ⁊ cōueniunt in naturis sicut fuit dictum in capitulo imediate ꝓcedenti Postea dicit: aspicit etiam qd̄libet signū septimū a se. i. signū oppositū: ⁊ iste est aspectus ꝑfecte inimicitie ratione oppositionis. Et oīs planeta qui fuerit in aliquo gradu alicui⁹ signi aspicit planetā existentē in alio signo in cōsimili gradu eodē aspectu quo aspiciūt se illa duo signa. Et auctor loquit̄ de gradib⁹ zodiaci. sȝ ſm doctrinā Ptolemei accipiunt̄ aspectus in equinoctiali: ideo pōt littera sic glosari. Et hoc intelligendū de gradibus equinoctialis. verbi gratia: si fuerit aliquis planeta in ariete ⁊ alter in geminis ⁊ subtracte fuerint ascensiones circuli directi illius qui est in ariete ab ascensionibus circuli directi illi⁹ qui fuerit in geminis si remanserint. 60. gradus aspiciūt se aspectu sextili. Hoc modo intellige de alijs aspectibus.

Cum vero fuerit planeta. In hac ꝑte auctor tangit ꝓiectiones radiorū ⁊ expedit se breuiter dicēs. Si fuerit aliquis planeta in aliq̄ signo ꝓijcit radios suos in consimili gradu signi qđ aspicit ipsum aliquo aspectu. verbi gratia: sit aliquis planeta in primo gradu arietis ⁊ in secūdo minuto ꝓijcit radios suos sextiles ad primū gradū geminorū i secūdo minuto eiusdē. Auctor nimis breuiloquus fuit in hoc capitulo ideo oportet aliquantulū imorari circa explanationē aspectuū ⁊ ꝓiectionē radiorū. Intelligendū est primo ꝙ aspectus cōsiderant̄ tribus modis. Uno modo ſm gradus equales ⁊ ſm hunc modū auctor in littera locutus ē de aspectibus ⁊ ꝓiectionib⁹ radiorū. Et vocant̄ gradus equales gradus zodiaci nō ꝯsiderando ascensiōes. Secūdo modo considerant̄ aspect⁹ ſm gradus equinoctialis i circulo directo: ⁊ hoc mō Ptolemeus iubet

accipere aspectus in .60ª ꝓpositione centiloquij: vbi loquitur de causis dierū creticorū ⁊ hoc mō accipit̄ cōiter aspect⁹ in īterrogatiōib⁹ ⁊ ī reuo lutionib⁹ annorū mūdi: ⁊ in multis alijs. Tertio mō ꝯsiderant̄ aspectus ⁊ ꝓiectiōēs radiorū ſm moduꝫ directionū ⁊ hoc mō accipiunt̄ in nati uitatib⁹. ¶ Intelligendū est iuxta capitulū de aspectib⁹ ꝙ aspect⁹ acci piunt̄ trib⁹ modis: ⁊ tot modis etiā accipiunt̄ ꝓiectiones radiorū. Uno mō accipiunt̄ aspect⁹ ⁊ ꝓiectiōes radiorū ſm grad⁹ circuli signorū ita ꝙ cōputant̄ grad⁹ zodiaci q̄ sūt inter vnū planetā ⁊ aliuꝫ. ⁊ iste est modus quē ponit auctor in lr̄a. Et hūc modū tenet abrahā auenezre. Et dicit ꝙ q̄si infinities ē exptus ꝙ aspect⁹ debēt accipi ī zodiaco ⁊ nō in eqnoctia li ⁊ hic mod⁹ est facilis valde. Et exeemplificatū fuit sufficiēter de hoc ī sniando litterā. Secūdo mō accipiunt̄ aspect⁹ in eqnoctiali ſm ascensio nes circuli directi ſm quē modū iubet Ptolemeus accipere sicut dictuꝫ fuit sup̱ litterā. Cū igit̄ ſm hūc modū volueris eq̄re aspect⁹ quere ascen siones planete ī circulo directo q̄ incipiūt a capricorno ⁊ serua eas. De inde eodē mō quere ascensiōes grad⁹ alteri⁹ planete in eodē circulo di recto ⁊ serua eas. Deinde subtrahe ascensiōes illi⁹ q̄ ꝓpinquior fuerit ca pricorno ſm ordinē signorū ab ascensionib⁹ illi⁹ qui longi⁹ fuerit: ⁊ si remāserint .60. grad⁹ aspiciūt se aspectu sextili. Si remanserint .90. gra dus aspiciūt se aspectu q̄rto. Et si .120. grad⁹ remāserint aspiciūt se aspe ctu trino. Pro aspectu autem opposito nō oportet querere ascensiones qꝛ quando duo planete opponunt̄ in zodiaco: opponunt̄ ⁊ in equino ctiali. Iste modus facilis est: ideo non oportet hic multū stare. Tertius autē modus aspectuū ⁊ ꝓiectionis radiorū est multū difficilis maxime nō exercitatis in calculationibus. Intelligendum est primo circa hunc modū ꝙ ꝓiectio radiorum accipit̄ ſm ascensiōes circuli directi quādo planeta cui⁹ radios volumus ꝓijcere est in medio celi uel in angulo ter re. Et quando est in gradu orientis uel in gradu occidentis accipit̄ ſm ascensiones regionis siue horizontis obliqui ſm tabulas factas ad illā regionē. Si autē nō fuerit planeta in aliquo quattuor horū locorū. sed in locis intermedijs tunc accipiunt̄ mixtim. Cum igit̄ volueris ꝓijcere radios alicuius planete considera si planeta ille cuius radios vis ꝓijce re sit in medio celi uel in angulo terre ⁊ tunc quere ascensiones illi⁹ gra dus in circulo directo sup̱ quas addas .60. gradus si volueris radiatio nem sextilē sinistram. s. illam que ꝓcedit ſm ordinē signorū a loco pla nete. Et gradus post additionē ꝓuenientes reduc' ad gradus equales in culo directo ſm doctrinā canonū primi mobilis ⁊ grad⁹ zodiaci q̄ ꝓue nerit in illo sūt radij sextiles. Et sicut dixi de .60. gradib⁹ ꝓ radiatiōe sex

hic modus [illegible] fuit a [illegible] et [illegible]. Consule Magini Can. ... tabulam ... [illegible]

tili ita intelligas de.90.ꝓ radiatiōe.4ª .Et de.120.ꝓ radiatiōe trina. Si autē volueris radiationē dextrā.s. illā q̄ ꝓcedit a loco planete versus oc cidentē subtrahe ab ascēsiōibꝰ gradꝰ planete.60.gradꝰ ꝓ radiatiōe sexti li uel.90.ꝓ radiatiōe.4ª ul'.120.ꝓ radiatiōe trina.Et numerū q remanet reduc ad gradꝰ eq̄les sicut priꝰ ⁊ gradꝰ zodiaci q exiuerit in illo sūt radij Exemplū in radiatiōe sinistra pono ꝙ saturnꝰ sit in angulo medij celi i fine sexti gradꝰ virginis ascensiones illiꝰ gradꝰ in circulo recto sunt.247. gradꝰ.48.minuta.volo hr̄e radiationē sextilē addā ḡ.60.gradꝰ ⁊ proue nient.307.gradꝰ.48.minuta q̊s reducā ad gradꝰ eq̄les i circulo directo: ⁊ exeūt.10.gradꝰ.14.minuta.14.2ª scorpiōis.ibi sūt radij sextiles satur ni sinistri in hoc casu.Exemplū in radiatiōe sextili dextra.subtrahaz ab ascensiōibꝰ p̄dictis.60.gradꝰ: ⁊ remanēt.187.gradꝰ ⁊.48.minuta.reducā ad gradꝰ eq̄les in circulo directo: ⁊ exeūt.7.gradꝰ.9.minuta.⁊.15.secun da cancri.ibi ḡ in ꝓposito sunt radij sextiles dextri saturni. Si vero pla neta cuiꝰ radios vis ꝓijcere sit in gradu oriētis q̄re ascensiōes gradꝰ pla nete ꝑ tabulā ascensionū circuli obliq̄ deseruientē tue regioni. Et si vo lueris radiationē sinistrā adde suꝑ ascensiones gradꝰ planete.60.gradꝰ ꝓ radiatione sextili uel.90.ꝓ q̄rta radiatiōe uel.120.ꝓ trina radiatione. Exemplū i radiatiōe sextili sinistra: pono ꝙ Jupiter sit in gradu oriētis i fine.10.gradꝰ sagictarij ascensiōes illiꝰ gradꝰ in horizōte obliq̄ sūt.275 gradꝰ ⁊.27.minuta.⁊ volo hr̄e radiationē sextilē sinistrā addā suꝑ ipsos 60.gradꝰ ⁊ ꝓueniēt.335.gradꝰ ⁊ minuta.27.quos reducā ad gradꝰ equa les in circulo obliquo ⁊ exiūt.12.gradꝰ.44.minuta.21.2ª.aquarij ibi ḡ sunt radij sextiles Jouis.Exemplū in radiatiōe sextili dextra.substrahā ab ascensionibꝰ gradꝰ Jouis.60.gradꝰ ⁊ manēt.215.gradꝰ.27.minuta. reducā ad gradꝰ equales ⁊ exiunt.25.gradꝰ.54.minuta.50.2ª libre.ibi sūt radij sextiles Jouis.Si v̄o planeta fuerit i gradu occidētis opaberis cū gradu opposito.s. accipes ascensiōes nadir gradꝰ planete i horizōte obliq̄ ⁊ facies penitꝰ eodē mō quo dictū ē. Sz postq̄ꝫ reduxeris ad gradꝰ eq̄les locꝰ radiorꝫ est locꝰ oppositꝰ illiꝰ loci quē iuenis.Et ut clariꝰ pateat ponā i hoc exemplū.Pono ꝙ Jupiter sit in gradu occidētis in fine.10. gradꝰ sagictarij.querā ascensiōes.10.gradꝰ geminorꝫ ⁊ iuenio.41.gradꝰ 9.minuta.addā.60.gradꝰ ꝓ radiatiōe sextili ⁊ ꝓueniūt.101.gradꝰ.9.mi nuta.reducā ad gradꝰ eq̄les in horizōte obliq̄ ⁊ exiūt.2.gradꝰ.30.minu ta.45. secunda leonis. sunt ergo radij in opposito istius.s.2. gradu.30. minuto.45.secundo aquarij. Si autez planeta cuius radios vis proij cere non fuerit in aliquo locorum dictorū tunc oportet accipere radia tionem mixto modo fm ꝓportionē distantie gradus planete inter vnū

angulū ꝛ alium. Modus autē est iste si planeta cuius radios vis pro/ijcere fuerit inter mediū celi ꝛ gradū ascendentē: accipe primo ascensiones gradus medij celi quas subtrahe ab ascensionibus gradus planete in circulo directo ꝛ qđ remanet est distantia a medio celi quā serua. Deinde sup ascensiones gradus planete in circulo directo. 60. gradus adde pro radiatiōe sextili uel. 90. p raditione. 4. uel. 120. p trina. ꝛ quod pueneri reduc ad gradus equales in circulo directo: ꝛ qđ prouenerit serua. ꝛ vocet radiatio circuli directi. Deinde quere ascensiōes gradus planete in horizonte obliquo p tabulam regionis tue sup quas adde similiter. 60. gradus pro radiatione sextili uel. 90. pro. 4. uel. 120. pro trina. ꝛ quod puenerit reduc ad gradus equales p tabulas tue regionis ꝛ qđ exiuerit serua. ꝛ vocetur radiatio regionis. Deinde vide differentiam inter radiationē circuli directi ꝛ radiationē regionis: quā differētiam multiplica p distantiam gradus planete a medio celi ꝛ pductum diuide p medietatē arcus diurni gradus planete. ꝛ pueniet pars pportionalis quā adde sup radiationē circuli directi. si radiatio circuli directi fuerit minor radiatione regionis ꝛ subtrahe ab ipsa si fuerit maior. ꝛ qđ puenerit erit locus radiorū. Medietatē autē arcus diurni gradus planete inuenies subtrahendo ascēsiones gradꝰ planete in circulo obliquo ab ascensionibus eius nadir ꝛ mediando illud. Posset etiam alio modo inueniri pars pportionalis differentie duarū radiationū. s. qꝛ acciperet sexta pars differentie ꝛ multiplicaretur per horas distantie planete a medio celi. Sed hic modus est magis tediosus q̄ȝ primus: quia oportet sm hunc moduȝ diuidere distantiā gradus planete a meridie per partes horarū gradus planete ad hoc qꝛ inueniant hore distantie a meridie. Consulo primū modū. Exemplū in hoc pono qꝛ gradus medij celi sit. 20. gradus leonis cōpletus. ꝛ saturnus sit in sexto gradu virginis completo. Querā distantiam saturni a medio celi per ascensiōes circuli directi. Et inuenio in distantia. 15. gradus. 22. minuta. seruabo itaqȝ eam. Deinde subtrahā ascensiones gradus saturni in circulo obliquo ab ascensionibus gradus oppositi. Et remanent. 201. gradus. 20. minuta qui est totus arcus diurnus saturni quē diuidam p medium. ꝛ veniūt. 100. gradus. 40. minuta qui est medietas arcus diurni saturni: seruabo itaqȝ eum. Deinde querā ascensiones gradus saturni in circulo directo ꝛ inuenio. 247. gradus. 48. minuta quibus addā. 60. gradus: quia volo radiationē sextilem sinistrā. ꝛ puenient. 307. gradus. 48. minuta quos reducā ad gradus equales in circulo directo: ꝛ inuenio. 10. gradus. 14. minuta. 14. 2ª scorpionis. ꝛ hec est radiatio circuli directi.

...uetioe arcus
...iurni.

Deinde querā ascensiones gradus saturni in circulo obliquo in regione cuius latitudo est.48.gradus. Et inuenio.147.grad⁹.11.minuta quibus addaȝ.60.gradus: ⁊ ꝓueniunt.207.gradus.11.minuta quos reducam ad gradus equales in circulo obliquo ⁊ īuenio.19.gradus.52.minuta.14.secūda libre. Uideo ꝙ radiatio circuli directi est maior ꝗ̄ radiatio regionis: subtrahā minorē de maiori ⁊ inuenio in differētia.20.gradus.22.minuta quā reducā ad idē genus: ⁊ ꝓueniunt.1222.reducā etiā distantiam saturni a medio celi ad idem genus. distantia fuit.15.gradus.22.minuta reducā ad idem genus.s.920.minuta.multiplicabo differentiā ꝑ distantiā ⁊ ꝓueniūt.1126684.2ª.Deinde reducā medietatem arcus diurni saturni ad idē gen⁹. Medietas arcus diurni fuit.100.gradus.40.minuta.reducta ad idē genus.6040.ꝓueniūt minuta ꝑ que diuidā numerū qui ꝓuenit ex multiplicatione. Et exiūt tres gradus.6.minuta.32.2ª quos subtraham a radiatione circuli directi: qꝛ illa fuit maior ⁊ remanēt septem gradus.7.minuta.42.2ª scorpionis.ibi sūt radij saturni sextiles sinistri in casu ꝓposito. ¶ Si autē volueris radiationem dextrā vbi p̄cepi addere.60.gradus: subtrahe.60. ⁊ operaberis sicut prius. Si v̄o gradus planete cui⁹ radios vis ꝓijcere fuerit inter gradum ascendentē ⁊ angulū terre vide longitudinē eius a gradu ascēdente quā scies hoc modo. Subtrahe ascensiones gradus ascendētis in circulo obliquo ab ascensionib⁹ gradus planete in eodeȝ circulo obliquo Et hoc si volueris radiationeȝ sinistram. ⁊ qđ remanserit erit distantia planete a gradu ascendente serua eā. Deinde quere medietatē arcus nocturni gradus planete quē scies hoc modo. subtrahe ascensiones nadir gradus planete ab ascensionibus gradus planete ⁊ remanebit totus arcus nocturnus quē media ⁊ serua medietatē. His itaq̧ seruatis quere ascensiones gradus planete in circulo obliquo ꝑ tabulā factā ad latitudinem tue regionis quib⁹ adde.60.ꝑ radiatione sextili ⁊c̄. ⁊ quod ꝓuenit reduc ad gradus equales in circulo obliquo ⁊ vocetur radiatio circuli obliqui. Deinde quere ascensiones gradus planete in circulo directo quib⁹ adde.60.gradus ꝑ radiatione sextili ⁊c̄. ⁊ qđ prouenerit reduc ad gradus equales in circulo directo. ⁊ qđ ꝓuenerit serua: ⁊ vocet̄ radiatio circuli directi. Deinde vide differentiaȝ inter radiationē regionis ⁊ circuli directi: subtrahendo minorē a maiori: quā differentiā multiplica ꝑ distantiā planete a gradu ascendente. Et ꝓductū diuide ꝑ medietatē arcus nocturni gradus planete ⁊ exibit pars ꝓportionalis quā adde cum radiatione regionis si fuerit minor radiatione circuli directi. uel subtrahe a radiatione regionis si illa fuerit maior radiatiōe circuli di-

recti. Et quod post additionez uel subtractionē ꝑuenerit locus erit radiorū. Exemplū in hoc pono ꝙ gradus ascendens sit. 18. scorpionis ⁊ Jupiter sit in. 10. sagictarij queram ascensiones gradus ascendentis in horizonte. 48. graduū ⁊ inuenio. 245. gradus. 55. minuta. Deinde querā ascensiões grad⁹ Jouis in eodē horizōte obliquo: ⁊ inuenio. 275. gradus ⁊. 27. minuta: subtraham ascensiones gradus ascendētis ab ascensionibus gradus Jouis ⁊ remanent. 29. gradus. 32. minuta que est distantia Jouis ab ascendente. Deinde subtraxi ascensiones gradus oppositi Jouis ab ascensionibus gradus Jouis ⁊ residuū mediaui: ⁊ inueni. 117. gradus. 9. minuta que est medietas arcus nocturni gradus iouis. Deinde addidi ascensionibus Jouis. 60. gradus ⁊ prouenerūt. 335. gradus. 27. minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo obliquo ⁊ inueni. 12. gradus. 45. minuta aquarij. Et hec est radiatio regiōis: seruaui itaqꝫ eam. Deinde quesiui ascensiones gradus Jouis in circulo directo. ⁊ īueni. 338. gradus. 21. minuta quibus addidi. 60. gradus ⁊ prouenerūt. 398. gradus. 21. minuta. subtraxi vnam reuolutionē. s. 360. gradus ⁊ remanserūt. 38. gradus. 21. minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo directo ⁊ inueni. 5. gradus. 57. minuta aquarij. ⁊ hec ē radiatio circuli directi. Deinde subtraxi minorē radiationez de maiori ⁊ inueni in differentia. 6. gradus. 48. minuta quā differentiam multiplicaui ꝑ distantiam Jouis ab ascendente. ⁊ diuisi ꝑ medietatē arcus nocturni ⁊ inueni in parte proportionali. 1. gradum. 42. minuta. 47. secunda. quā subtraxi a radiatione regionis: quia illa fuit maior. Et remanserunt post subtractionē. 11. gradus. 2. minuta. 13. secūda aquarij. ⁊ ibi ē locus radiorū Jouis. Si autē velles proijcere radios versus dextrū tunc deberes videre distantiā gradus planete ab angulo terre ꝑ ascensiones circuli directi quam inuenies subtrahendo ascensiones gradus planete in circulo directo ab ascensionibus anguli terre in circulo directo. Et tūc partē ꝓportionalez duarū radiationū deberes addere radiationi circuli directi si illa esset minor radiatione regionis. uel subtrahere si esset maior. Jn nullo alio differt opus nisi ꝙ vbi p̄cepi addere ascēsiōibus. 60. gradus ⁊c. debes subtrahere. 60. ⁊c. Si aūt gradus planete cui⁹ radios vis ꝓijcere fuerit inter gradū occidētis ⁊ gradū. 10. dom⁹ opaberis cū gradu opposito planete recte ꝑ eandē viam sicut iam dixi inter ascendens ⁊ angulū terre. qn̄ eni gradus planete est inter gradum occidētis ⁊ mediū celi ei⁹ oppositus gradus est inter ascendēs ⁊ angulū terre. Et tantū distat gradus opposit⁹ planete ab ascendēte quantū gradus planete a gradu occidētis: iō eadē ē opatio nec plus nec min⁹. Sz postq̄ cōpleueris opationē loc⁹ radiorū est locus opposit⁹ illi⁹ loci quē

iuenisti sicut tibi exēplificaui qñ planeta ē in gradu occidētis. Si aūt cōtingat sicut sepe cōtingit ꝙ gradus planete sit ante angulū ⁊ loc⁹ vbi cadūt radij sui sit vltra angulū sicut verbi grā: loc⁹ planete sit inter mediū celi ⁊ ascendēs ⁊ radij cadāt vltra ascendēs. s. inter ascendēs ⁊ angulum terre. Iste casus quasi frequēter cōtingit in radiatione trina ⁊ multotiens in q̃rta: ⁊ aliqñ in sextili. Modus ē iste si locus planete cui⁹ radios vis ꝓijcere sit inter mediū celi ⁊ ascendēs ⁊ radij sui debeāt cadere vltra ascendēs: vide distantiā planete a medio celi ꝑ modū prius dictū ⁊ vide medietatē arcus diurni grad⁹ planete ꝑ modū prius dictuꝫ ⁊ serua vtrūqꝫ. s. distantiā ⁊ medietateꝫ arcus diurni. Deinde queras ascensiones gradus planete in circulo directo. Quere etiā ascensiones gradus ascendentis in eodē circulo directo. Deinde subtrabe ascensiones gradus planete ab ascensionibus gradus ascendentis. Et quod remanserit serua ⁊ vocetur pars radiationis circuli directi. Deinde quere ascēsiones gradus planete in circulo obliquo. ⁊ quere ascensiones gradus ascendētis in circulo obliquo. ⁊ subtrabe ascensiones planete ab ascensionibus gradus ascendentis. ⁊ quod remanserit serua ⁊ vocetur pars radiationis regionis. Deinde subtrabe partē radiatiōis minorē a maiori ⁊ remanet differentia quā multiplica ꝑ distantiā planete a medio celi ⁊ ꝓductū diuide ꝑ medietatem arcus diurni gradus planete ⁊ ꝓueniet pars ꝓportionalis quā adde pti radiationis circuli directi si fuerit minor pte radiationis regionis. uel subtrabe si fuerit maior: ⁊ qđ ꝓuenerit erit ps radiationis equata: q̄ pars si fuerit minor. 60. gradib⁹ radij sextiles cadūt vltra angulū ascendētis si fuerit maior cadūt ante angulum. Et si hec ps fuerit minor. 90. gradib⁹ radii quarti cadūt vltra angulum. si maior cadūt añ angulū. Et si hec pars fuerit minor. 120. gradibus sicut ē quasi frequēter cadūt radij trini vltra angulū. si fuerit maior 120. cadūt ante angulū. Si igit̄ cadant radij vltra angulū subtrabe partem radiatiōis equatā a. 60. gradib⁹ ꝓ radiatione sextili uel a. 90. ꝓ radiatione q̃rta. uel a. 120. ꝓ radiatione trina: ⁊ qđ remanserit adde super ascensiōes gradus ascendentis in circulo obliquo. ⁊ qđ ꝓuenerit reduc ad gradus equales in circulo obliquo. ⁊ grad⁹ signi q exierit erit locus radiorū. Si scíueris istā opationē scies dirigere planetā existentē i vna quadra ad locū existentē in alia quadra. Hūc modū non vidi expositū nec positū in aliquo libro. ¶ Ut planius pateat qđ dixi ponam in hoc exemplū. Pono ꝙ grad⁹ medij celi sit. 10. gradus cancri ⁊ saturn⁹ sit in q̃rto gradu virginis. ⁊ grad⁹ ascendēs in horizōte obliq̃ in regione cui⁹ latitudo ē. 48. grad⁹ sit. 7. gra. 59. minuta libre. Quesiui ascēsiōes grad⁹

medij celi in circulo directo ꝛ inueni. 190.gradus.53.minuta. Deinde quesiui ascensiones gradus saturni in circulo recto ꝛ inueni.245.gradꝰ 55.minuta. Subtraxi ascensiones medij celi ab ascensionibus gradus saturni ꝛ remanserunt. 55.gradus.2.minuta: que est distantia saturni a medio celi. Deinde subtraxi ascensiones gradus saturni in circulo obliquo ab ascensionibꝰ gradus oppositi in eodē circulo obliquo ꝛ remanserunt.203. gradus.3.minuta. ꝛ hic fuit arcus diurnus gradus saturni quē mediaui ꝛ inueni. 101.gradus.31.minuta.30.2ª que est medietas arcus diurni gradus saturni. Subtraxi ascensiones gradus saturni i circulo directo que fuerūt.245.gradus.55.minuta ab ascensionibus gradus ascendentis in eodē circulo directo que fuerūt.277.gradus. 19.minuta.ꝛ remanserūt.31.gradus.24.minuta que fuit pars radiatiōis circuli directi. Deinde subtraxi ascensiones gradus saturni in circulo obliquo que fuerūt. 144.gradus.277.minuta ab ascensionibꝰ gradus ascendentis in eodem circulo obliquo que fuerūt. 190.gradus.53.minuta. ꝛ remanserūt.46.gradus.26.minuta que fuerūt pars radiationis regionis siue circuli obliqui: vidi ꝙ pars radiationis circuli obliqui fuit maioꝛ parte radiationis circuli directi. Subtraxi ergo minoꝛē de maioꝛi ꝛ remanserūt.15.gradus.2.minuta que fuit differētia duaꝝ partiū quā multiplicaui ꝑ distantiā saturni a medio celi ꝛ diuisi ꝑ medietatem arcus diurni gradus saturni.ꝛ exiuerūt.8.gradus.8.minuta.59.2ª.ꝛ hec fuit pars ꝓpoꝛtionalis differentie quā addidi supꝛa partez radiationis circuli directi ꝛ ꝓuenerūt.39.gradus.32.minuta.59.2ª. Jsti sunt gradꝰ ascensionū qui fuerūt in figura a saturno vsqꝫ ad gradū ascendentem ꝛ qꝛ fuerunt paucioꝛes q̄ꝫ.60.sciui ꝙ radij sextiles saturni in hac figura ceciderunt. vltra gradū ascendentē. Subtraxi ergo hos gradus a.60.pꝛo radiatione sextili.ꝛ remanserūt.20.gradus.27.minuta.1.secūdū: quos addidi suꝑ ascensiones gradꝰ ascendētis in circulo obliquo qui fuerūt 190.gradus.53.minuta.ꝛ ꝓuenerunt.211.gradus.20.minuta quos reduxi ad gradus equales in circulo obliquo ꝛ inueni.22.gradus.54.minuta.52.2ª libꝛe.ibi fuerūt radij sextiles saturni in ꝓposito exemplo ꝭm hunc modū debet fieri in alijs angulis. Et hec de radiationibꝰ sufficiāt



Abent etiam quinqꝫ planete i vnoquoqꝫ signo terminos.

Pꝛius auctoꝛ determinauit de tribꝰ dignitatibꝰ essentialibus planetaruꝫ. Jn ista ꝑte auctoꝛ determinat de q̄rta

dignitate essentiali quā habent planete in signis. Et diuiditur in duas partes: quoniā in prima parte ponit terminos planetarū. In secunda parte soluit quandā contrauersiā que est inter aliquos de triplicitatib⁹ et terminis. Secūda pars incipit ibi: Quidā preponunt. Prima pars diuidi potest in duas partes ita quod primo incipit tractare de terminis planetarū litteraliter. Secūdo ponit tabulā de ipsis terminis. Secūda incipit ibi: et propter diuersitatem eorūdem. Dicit primo quod quinque planete scilicet saturnus Jupiter mars venus et mercurius habēt terminos dispositos per diuersos gradus. Et primus terminus est Jouis a principio arietis vsque ad finem sexti gradus eiusdem. Et a principio septimi gradus eiusdē arietis vsque ad finem. 12. est terminus veneris. Et a principio 13. gradus vsque ad finem. 20. est terminus mercurij. Et a principio. 21. vsque ad finem. 25. est terminus martis. Et a principio. 26. vsque ad finem arietis est terminus saturni. Postea dicit et quia isti gradus sunt diuersi ita quod nō vadunt equaliter nec secundum ordinem planetarū graue esset eos tenere in memoria: ideo posuit eos in tabula secundum quod videtur in lrā.

Quidā preponūt triplicitates terminis

Hic soluit quandā contrauersiā que est inter sapientes de triplicitatib⁹ et terminis. Et dicit quidā preferūt triplicitates terminis. Et quidā preferūt terminos triplicitatibus. Soluit istam contrauersiā et dicit quod dn̄i triplicitatū sūt fortiores quantū ad nutritionē puerorū: quia in natiuitatibus significant nutritionē et ab eis accipitur significatio vtrum puer sit vitalis aut nō. Dn̄i autē terminorū sunt fortiores in directione: quia dum dirigitur gradus ascendens alicuius natiuitatis dirigitur ad termios fortunarū et infortunarū. et dn̄s termini illius vocatur diuisor uel dispositor quamdiu durat directio in illo termino: et si fuerit ibi aliquis planeta uel radij eius erit princeps. De hoc diffusius dicetur in sequētibus dn̄o cōcedente. ¶ Notandū est hic de terminis quod discordia fuit inter sapientes antiquos de terminis. Et fuerūt tres opiniones famose de terminis quarū vna fuit indorū. alia egyptiorū. tertia chaldeorū. Ptolemeus in 21ª propositione prime partis quadripartiti magis approbat terminos egyptiorū et dicit se inuenisse vnū librum de terminis antiquū qui pre vetustate erat pro maiori parte fractus. Et ille concordabat cū terminis egyptiorū. et in illo libro sūma graduū terminorū cuiuslibet planete erat tantus quantus numer⁹ annorū suorū maiorū quos dant in natiuitatibus. Uerbi grā: anni maiores saturni sunt. 57. anni. Jouis. 79. martis 66. veneris. 82. mercurij. 76. et omnes isti collecti faciūt. 360. Si volue-

ris hoc experiri. cōputa gradus omniū terminorū alicui⁹ planete: verbi gratia Jouis: ⁊ inuenies numerū annorū suorū. s. 79. ⁊ sic de alijs. Haly in cōmento. 206. ppositionis prime ptis quadripartiti dicit. Jlli de egypto fuerūt sapientes magici qui fuerunt ab antiquo tempore. nam isti fuerunt studij ⁊ exercitij magni in scientijs ⁊ sapiētijs omnibus de quibus homo se iuuare potest. Et scimus hoc per chronicas sapientū antiquorum ꝭm ꝙ loquebant̄ de ipsis ⁊ ꝑ ea que de suis operibus remanserunt a multis milibus annorū vsqꝫ ad hodiernā diem. Tamen ego dico illud quod ego vidi de vna experientia quā inueni in loco qui dict⁹ est oculus solis: quia in modico tempore miracula magna vidi. hec sūt verba haly. de experientia autem tacet. Jn centiloquio in cōmento illius ppositiōis vult⁹ hui⁹ seculi. dicit vnā expientiaꝫ de sigillo scorpiōis facto in lapide ꝭm ꝙ potest ibi videri ⁊ q voluerit videre ibidē videat.

Facies autē signorum. Hic determiat de quita digni tate ⁊ vltima essentiali quā habent planete in signis que vocant̄ facies. Et potest diuidi in tres ptes: qm̄ in prima parte ponit diuisionem ⁊ ordinationē facierū. Jn secunda pte docet inuenire facies ꝑ numeros. Jn tertia parte ponit de eis tabulā. Secūda ps incipit: Cū habueris gradus in aliquo signo. Tertia est in fine vbi ponit tabulā. Dicit ꝙ qōlibet signū diuidit̄ in tres partes equales que vocant̄ tres facies ⁊ quelibꝫ facies est ex. 10. gradibus. Et incipiūt iste facies a principio arietis ⁊ pcedunt ꝭm ordinem signorū ⁊ planetarū: ita ꝙ prima facies est martis. s. primi. 10. gradus. 2ᵃ facies arietis. s. 10. gradus sequētes sunt solis qui succedit marti in ordine sphērarum. 3ᵃ est veneris que succedit soli. Et prima facies tauri est mercurij qui succedit veneri. Secūda lune que succedit mercurio. Tertia saturni. Et prima geminorū Jouis. ⁊ sic ꝭm hunc ordinem vsqꝫ ad finē signorū. Postea docet inuenire ꝑ numeros cui⁹ planete sit aliqua facies. Et dicit cum habueris gradum alicuius signi ⁊ volueris scire cuius planete facies sit in illo gradu computa numeruꝫ signorū a principio arietis vsqꝫ ad principiū signi ppositi. ⁊ multiplica illū numerū ꝑ tres: ⁊ cum numero pducto adde facies cōpletas signi ppositi: verbi gratia si transiuerint. 10. gradus cōpleti adde vnitatē. Si. 20. cōpleti adde duo. Deinde a toto numero subtrahe. 7. quotiēs poterif. ⁊ quod remanserit cōputa a marte ꝭm ordinē planetarū. ⁊ vbi numerus finit⁹ fuerit sequēs planeta est dn̄s faciei quesite: verbi grā: pono ꝙ habeam 15. gradus leonis volo scire cui⁹ facies sit. 15. grad⁹ leonis scio ꝙ a principio arietis sūt. 4. signa cōpleta. multiplicabo ergo. 4. ꝑ. 3. ⁊ erunt. 12.

Et scio q de leone transiuit vna facies cōpleta: iō addā vnū ⁊ erūt. 13. facies cōplete a principio arietis. subtrahā inde septē ⁊ remanēt. 6. dabo primā vnitatē marti. secundā soli. tertiā veneri. quartam mercurio. quintā lune. sextā saturno. Erit ḡ facies sequens que nō fuit cōpleta Jouis. Postea ponit tabulā cui⁹ opus facile est. Queres eni nomen illius signi cui⁹ dn̄m faciei queris ⁊ inuenies in directo quis sit dn̄s prime faciei ⁊ quis secūde ⁊ quis tertie.

ET quia auxiliante deo. Postq̄ auctor determinauit de dignitatib⁹ planetarū in signis. Jn ista pte determinat de fortitudinib⁹ quas hn̄t in istis dignitatibus Et pōt diuidi in duas ptes: qm̄ in prima pte ostēdit quot fortitudines habeat planetā ī qualibet dignitate. Jn 2ª pte cōparat istas dignitates ad res sensibiles. 2ª est ibi: vnde quidā de hac re. Prima ps pō. diuidi in duas: qm̄ primo cōtinnat se ad dicēda. 2º psequit̄ ibi: nā dn̄s domus. Dicit q2 adiuuante deo cōpleuit de dignitatibus planetarū in signis. modo vult ostēdere quot fortitudines habeat qlibet in ipsis dignitatib⁹. Postea dicit q dn̄s domus habet qnq3 fortitudines. dn̄s exaltationis h3 quattuor. dn̄s triplicitatis h3 tres. dominus termini duas. dn̄s faciei vnā. Postea replicat illā ɔtrouersiā de terminis. Et ponit cōpationē in dignitatib⁹ planetarū dicens q qdā de dignitatib⁹ planetarū fecerūt talē compationē q planeta existens ī sua domo est silis viro existenti in domo atq3 dn̄atione sua. Et planeta in exaltatiōe sua est sil'is viro ī regno atq3 gloria sua ⁊ patet in lrā. Ex ista littera potest notari si aliquis planeta patiat̄ magnū infortuniū in domo uel exaltatiōe sua hoc ē multū detestabile. sicut multū esset detestabile si rex vinceret̄ in ,pprio regno suo ⁊ in fortiori loco regni sui. Jō qn̄ luiaria eclypsant̄ ī ,pprijs domib⁹ uel exaltationib⁹ suis h̄ ē malū signū.

SEquūtur has figure signorū3. Prius auctor determinauit de dignitatib⁹ planetarū in signis ⁊ de fortitudinib⁹ quas hn̄t in istis dignitatib⁹. Jn ista pte determinat de figuris siue formis ipsoꝝ signorū hoc ē ostēdit nobis q̄ signa hn̄t formas hūanas: ⁊ q̄ hn̄t formas alioꝝ aialiū. ⁊ manet indiuisa. Dicit q quedā signa dicunt̄ rationalia. s. illa quorū imagines sunt figurate ad imagines hoīu3. Et illa sūt gemini virgo aquari⁹ libra ⁊ medietas prima sagictarij. ⁊ ista dicunt̄ hn̄tia pulchras voces. Et virt⁹ eorū est maior cū fuerit in oriēte. Et q̄dam ex signis dicunt̄ hn̄tia alas. s. gemini virgo ⁊ piscis. Quedā ex eis

dicunt quadrupedia.s. sagictarius leo aries taurus ꝛ capricornus. Et eorū quedam sunt domestica.s.illa que sunt figurata ſm figuras aialiū domesticorū. Et hec sunt aries taurus ꝛ capricornus. Et eorum virtus magis apparet cum fuerint in meridie. Uirtus autē virginis capricorni ꝛ aquarij magis apparet cum fuerint in septentrione. Et quedaꝫ ex signis vident vitiosa ꝛ turpia ꝛ tortuosa.s.aries taurus cancer scorpius ꝛ piscis.ꝛ virtus eorū magis apparet in occidente. Quedā vo sunt sterilia.s.gemini leo virgo. Et quedā dicunt habentia paucos filios.s.aries taurus libra sagictarius capricornus ꝛ aquarius. Et quedam ex his signis sunt multū luxuriosa.s. aries ꝛ taurus leo ꝛ capricornus. Et quedam dicunt multorū filiorū.s. cancer scorpius ꝛ piscis. Et quedā ex signis dicunt habentia dimidiā vocem:illa.s.que habent vocem aialiuꝫ balantiū rugientiū ꝛ mugientiū:ut aries taurus leo capricornus ꝛ vltima pars sagictarij. Quedam ex signis dicunt carentia oīno voce.s. illa que figurant ſm imagines animaliū carentiū voce:ut cancer scorpio ꝛ piscis. Haly abenragel breuiter expedit se de formis signorum dicens. Signorū alia sunt in forma hominū. Alia in forma bestiaruꝫ. Alia in forma bestinglorū. Alia in forma reptiliū. Que sunt in forma humana sunt gemini libra aquarius virgo. In forma bestiarum aries taurus capricornus ꝛ sagictarius. In forma bestinglorū.i.animaliū rapaciū leo. In forma reptiliū cancer scorpio ꝛ piscis.

Et vnūquodqꝫ signorū habet propriā significationē. Prius auctor determinauit de figuris signorū. In ista pte ostēdit nobis quid habēt signa ex membris hominū.ꝛ ex regionibꝰ ꝛ ex planetis. Et pōt diuidi in duas partes:quoniā in prima pte facit quod dictū est. In secūda determinat de doloribꝰ planetarū in signis. Secūda incipit ibi: Et siquidē planete significauerint doloreꝫ. Prima potest diuidi in 12.partes ſm ꝙ. 12.sunt signa. Clarum est qd dicit in littera excepto ꝙ noīa regionū nō sunt nobis nota. ¶ Notandū est hic ꝙ Ptolemeus diuidit totam terraꝫ habitabilem in quattuor partes. Et ſm diuisionem Ptolemei imaginari potest vna linea transiens ab oriente in occidentem ꝑ mediū habitationis ita ꝙ ista linea diuidat partē meridionaleꝫ a septētrionali. Et dicit haly ꝙ ista linea distat ab equinoctiali per. 36. gradus.ꝛ ſm hanc diuisionē distat ab vltima habitatione in septētrione ꝑ.30.gradus uel circa.ita ꝙ tota latitudo cōtineat.66.gradꝰ. Et tan

ta est distantia equinoctialis vsq3 ad circulũ arcticũ: imo est. 66. gradus
26. minuta. ⁊. 30. 2ª. Ideo dicit haly uel circa. Et dicit ꝙ in fine isti⁹ li-
nee versus occidentẽ est passagiũ herculis. Et hoc ẽ vnde transit in his-
paniam ⁊ est mare ibi strictũ ꝙ existẽs in vno littore potest videre exi-
stentẽ in alio. Et sunt ibi tres insule quarũ vnam vident transeuntes in
hispaniã ꝑ terram occidentis. Et stat in ea idolum tenens in manu cla
ues ad demonstrandũ ꝙ vltra locũ illum nõ sit habitatio. Et in quali-
bet duarũ aliarũ insularum stat idolum ſm eũdem moduz. Et in parte
orientali in fine linee predicte stant idola eodem modo tenẽtia claues
⁊ demonstrantia ꝙ nõ sit vltra illũ locum habitatio versus orientem.
Dicit haly ꝙ hercules posuit ista idola in signũ ꝙ ipse acquisiuerat to-
tum mundũ. Longitudo linee predicte ſm ꝙ dicit haly est. 180. graduũ
His visis ſm sententiã Ptolemei imaginet̃ ista linea diuidi ꝑ mediuz
ita ꝙ remaneant. 90. gradus versus orientẽ. ⁊ alij. 90. versus occidentẽ
Et imaginet̃ transire vna linea ꝑ polos mundi ꝑ medium diuisionis li
nee supradicte ita videlicet ꝙ transeat ꝑ medium terre habitabilis ſm
latitudinem. Prima autẽ linea dicebat̃ transire ꝑ mediũ terre habita-
bilis ſm longitudinẽ. Patet itaq3 ꝙ due linee supradicte que diuidunt
totã terrã habitabilẽ in quattuor ꝑtes cõiungunt̃ in loco intersectiõis
linearũq est punctus in medio terre habitabilis. Hac diuisione intelle
cta facile est videre sniam Ptolemei in ꝑtitione signorũ ⁊ terrarũ. Di-
cit itaq3 Ptolemeus ꝙ hec tria signa aries leo ⁊ sagictarius que faciũt
primã triplicitatẽ ꝑtinent ad quartã partẽ terre habitabilis que ẽ inter
septẽtrionẽ ⁊ occidens. ⁊ illã quartã gubernat Jupiter eo ꝙ est septen-
trionalis. ⁊ mars habet ꝑticipationẽ cũ eo: q2 ꝑtinet ad partẽ occiden-
talem. Et tria signa triplicitatis secũde. s. taurus virgo capricornus ꝑti-
nent ad partẽ que est inter meridiẽ ⁊ oriens. ⁊ gubernat ipsam venus:
q2 est meridionalis. ⁊ habet ꝑticipationẽ cũ ea saturnus qm̃ ad partez
orientalẽ ꝑtinet. Et tria signa triplicitatis tertie. s. gemini libra ⁊ aqua-
rius ꝑtinẽt ad ꝑtẽ que est inter oriẽs ⁊ septẽtrionẽ ⁊ gubernat ipsã satur
nus eo ꝙ ꝑtinet ad oriens ⁊ habet ꝑticipationẽ cũ eo Jupiter eo ꝙ ꝑti
net ad septẽtrionẽ. Et tria signa triplicitatis q̃rte. s. cancer scorpio ⁊ pi-
scis ꝑtinẽt ad partẽ que est inter meridiẽ ⁊ occidens. ⁊ gubernat ipsam
mars: q2 ꝑtinet ad occidens. ⁊ h3 ꝑticipationẽ cũ eo venus. Ex p̃dictis
poterit q̃libet cõiecturare ad qd signũ ꝑtineat quelibet terra. Sciet enĩ
ꝑ longitudinẽ ⁊ latitudinẽ regionis de qua q̃rta sit. Uerbi grã: oĩs ter-
ra cui⁹ latitudo est maior. 36. gradib⁹. ⁊ longitudo ei⁹ ab occidente mi-
nus. 90. gradib⁹ fuerit est de q̃rta septẽtrionali occidentali ⁊ sic de alijs

ſuo modo. Cognita igit̃ quarta in qua eſt terra tua ſcis ꝙ vnū ſignū ex tribus ſignis triplicitatis illius quarte reſpicit illaȝ terrā. ⁊ poteris ſcire quod ex illis tribus reſpiciat eam ꝑ mores ⁊ conſuetudines hoīuȝ habitantiū in ea. Uerbi gratia: ſcis ꝙ terra xp̄ianorū eſt in parte ſeptētrionali occidētali ſcio ꝙ aries leo ⁊ ſagictariꝰ dn̄ant̃ ſuꝑ ipſam. Et ſi velim ſcire ſupra quā partē eius dn̄at̃ quodlibet iſtorū ſignorum reſpicio ad mores ⁊ conditiones hominū cū quibus ſignis magis cōcordant. Cōſtat autē ꝙ romani ſūt famoſiores ⁊ nobiliores iſtiꝰ quarte ⁊ ideo conuenit ut attribuat̃ eis ſignū nobilius inter hec tria. ⁊ hoc eſt leo domus ſolis. Conſtat etiam ꝙ almani ſunt hoīes iracundi ⁊ furioſi de natura martis: ideo cōuenit ut attribuat̃ eis aries domus martiſ. Conſtat etiā ꝙ hiſpani ſunt boni milites exercitij magni in armis: iō cōuenit ut attribuat̃ eis ſagictarius quod eſt ſignū militiarū ⁊ bellorū. Et hanc partionē ponit Ptolemeus in littera in ſecūda ꝑte quadriptiti. Dicit enim ſic. ⁊ ꝓuincie cū ariete concordātes ſūt terra britānie ⁊ terra de ſalacia. Credo ꝙ deberet dici de ſclauia ⁊ germania. Et que concordant cum leone ſunt Jtalia: gallia: apulia ⁊ cecilia. Et haly dicit ibi ꝙ hi ſunt termini rome. Et que concordant cū ſagictario ſunt terre de turcia calciata ⁊ hiſpania. De ꝑtitione aliorū ſiguorū cum alijs terris parum curo. Quia nec nomina earū nec conditiones hominū ſunt mihi nota nec faceret mihi aliquā vtilitatē hoc ſcire. Si quis autē cognoſcat eas ⁊ voluerit in eis morari applicet ſm modum dictū in tribus ſignis p̄dictis. Dicit abraham auenezre ꝙ primū clyma eſt capricorni ⁊ aquarij ⁊ gubernator eius eſt ſaturnus. Secundū clyma eſt ſagictarij ⁊ piſcis ⁊ gubernator eius eſt Jupiter. Tertiū clyma eſt ſcorpij ⁊ arietis ⁊ gubernator eius eſt mars. Quartū eſt leonis ⁊ gubernator eius eſt ſol. Quintuȝ clyma eſt tauri ⁊ libre ⁊ eius gubernator venus. Sextum eſt geminoꝝ ⁊ virginis ⁊ eius gubernator mercurius. Septimuȝ eſt cancri ⁊ gubernat illud luna. ¶ Abraham auenezre ponit conditiones naſcentiū ſub quolibet ſigno ⁊ eſt ſententia ſua iſta. Qui natus fuerit ſub prima facie arietis erit ruffus ⁊ ſimus: venter eius erit paruus ⁊ ſtrictus carne extenuatus: habebitq; ſupra pedem ſiniſtrum ſignuȝ ⁊ in cubito manus ſiniſtre: ⁊ amici eius erunt plures ⁊ ipſe odi et malū. Qui vero natus fuerit ſub ſecūda facie inerit ei nigredo pulchritudini faciei coniūcta: corpus eius temperatū preceps in iram animo occultans voluntatem malam: eſtq; alti cordis: inimici eius plures erūt. Qui natus fuerit ſub tertia facie eius erit ruffus color eius ⁊ croceus ⁊ erit ſolitarius. Qui natus fuerit ſub prima facie tauri erit breuis ſtature: ſui oculi magni: la-

bia spissa ⁊ habebit signum in collo: ⁊ est corde festinus: amici eius plu res: ⁊ maneriebus delitiarum delectabitur ipse. Natus autez sub facie eius secunda ha: bebit faciem rotundam: ventrē latuz: oculos pulchros ⁊ eius anima voluntaria resqz cito perpendet: ⁊ circa spatulas pilosus existet. ⁊ habebit signum in lumbis. Et qui natus fuerit sub tertia facie pulchri coloris existet: pulchreqz faciei: ⁊ habebit signum in oculo si- nistro: virqz laboriosus erit. nec in mulieribus fortunatus existet. Qui autem natus fuerit sub fine huius signi erit carens testiculis naturali- ter ⁊ fine uel hermofodritus. Qui natus fuerit sub prima facie gemino rū erit pulchri corporis ⁊ decentis ⁊ oculorum ⁊ pilorum: habebit si- gnum in capite uel in oculis: Uisus eius acutus minime est iracundus eritqz laborator ⁊ cum mulieribus minime fortunatus existet. Et qui natus fuerit sub secunda facie erit breuis stature ⁊ niger ⁊ super eius cu bitum signuz nigredinis: eiusqz verba pulchra ⁊ dulcia. Natus sub ter- tia facie nimiū habebit oculos paruos: eritqz vir suspicator ⁊ leuis: ⁊ loquetur verba irrationabilia: eritqz mendax. Qui natus fuerit sub pri ma facie cancri erit corpore ⁊ pilis decens: supercilia eius erunt stricta naresqz longe ⁊ spatule late. ⁊ habebit signum in cubito dextro aut eiꝰ brachio. ⁊ anima eius bona: amici eius plures: eritqz sciens ⁊ ingenio sus. Qui natus fuerit sub secunda facie: erit color eius rubeus breuisqz stature: carens barba: ⁊ habebit signum in oculis. Qui sub tertia facie natus fuerit erit crassus breuisqz stature: ⁊ habebit multitudinem pilo rum in supercilijs. Qui natus fuerit sub prima facie leonis erit pulcher corpore ⁊ facie: ⁊ color vultus eius erit rubeus albo commixtus: oculi eius cōmixti: pectus rectum: ⁊ crura sua patientur morbum in parte su- periori: ⁊ erit cognitus inter gentes ⁊ simplex īmixtusqz consortio regū Qui natus fuerit sub secūda facie erit pulcher: pectus eiꝰ erit latū: testi- culi ⁊ crura gracilia: eritqz honoratꝰ inter familiā eius ac alti cordis. Natus autē sub tertia facie erit aliquantulū breuis stature eritqz color eius albus roseo ꝑmixtus: eiꝰ vox vehemens amans mulieres: ⁊ habe- bit plenitudinē amicorū ⁊ morbos plures sustinebit. Qui natus fuerit sub prima facie virginis erit decentis stature: erit corpus eius erectū ⁊ pulchrū: ⁊ erit sciens ⁊ acutus: eius capilli crispi: ⁊ erit diligens iustiuā eius vox vehemens: sterilis existet: aīa eiꝰ bona: facies pulchra: eritqz scriba ⁊ bene doctꝰ. Qui autē natus fuerit sub secūda facie erit pulchre apparentie: oculi eius parui: nasus eiꝰ pulcher: eritqz disciplinabilis ⁊ simplex ꝑuolūtariꝰ corde: diliget laudari. Natꝰ sub 3ª facie erit pulcher aspectu: perceptibilis discipline: veri sensus ac simplex ⁊ sapiens. Qui natus fuerit sub prima facie Libre: erit pulcher facie: ⁊ in eius capite

vulnera inerunt: eritqꝫ laborator ꝛ simplex ac disciplinabilis. Natus sub secũda facie erit pulchri vultus ꝛ inerit ei impedimentuꝫ in oculis: estqꝫ corde preuolũtarius. Natus sub tertia facie erit pulcher ꝛ erit cognitus ꝛ honoratus inter gentes ipsius. Et qui fuerit natus sub fine signi hui⁹ erit nullius sexus aut vtriusqꝫ. Qui fuerit natus sub prima facie scorpionis parũ pulcher existet: ꝛ habebit signum in capite: ꝛ pect⁹ eius erit latum. Et habebit signum in pede sinistro uel in manu dextra estqꝫ homo castigationis bonaqꝫ discretione plenus ac in loquela festinus. Natus sub secunda facie caput eius erit magnũ: existetqꝫ modice pulchre figure. ꝛ habebit signũ in genu ꝛ dorso: ꝛ erit homo discipline verba sua multiplicans. Qui natus fuerit sub tertia facie erit breuis stature oculi eius contorti appetens cõmedere amans mulieres. Qui autem natus fuerit sub fine huius signi aut erit nullius aut vtriusqꝫ sexus. Qui nat⁹ fuerit sub prima facie sagictarij erit pulchre speciei: decorus aspectu recte stature: diligẽs bonum: regibus ac magnatibus se cõmiscens. Natus sub secunda facie corpus habebit condecens facies tamen eius crocea supcilia compressa ꝛ habebit signũ in pectore. Natus sub tertia facie erit longus: pulcher facie: oculi eius ut murilegi: pectus latũ: ꝛ habebit signum in sinistro crure. Qui sub prima facie capricorni natus fuerit erit corpus suũ condecens: pectus latũ: ꝛ habebit signũ nigrũ in cubito: erit astutus discipsinabilis simplex ꝛ preuoluntarius. Natus sub secunda erit pulcher: habebit nares longas: oculi eius pulchri: voluntas eius mala ꝛ iracundus: est homo sciẽtie. Natus sub tertia facie erit pulcher corpore: eius tñ facies citrina: ꝛ i eius brachio sinistro erit nota uel in ipsius genu: festinus in irã: despiciens malũ uel pugnans pro malo: diligens mulieres: homo discipline diligensqꝫ sodales. Qui autem natus fuerit in fine hui⁹ signi erit filius adulterinus ꝛ oĩno huic inest signo minime in mulierũ natiuitatibus valere. Qui aũt natus fuerit sub prima facie aquarij erit corpore ꝛ facie formosus: ꝛ habebit in pectore aut pede sinistro signuꝫ: eritqꝫ homo disciplinabilis ꝛ sodales diligens. Natus sub secunda facie erit longus: facies eius erit rubea: ꝛ signũ habebit in dorso ꝛ sub eius cubito: eritqꝫ omnib⁹ diebus suis in dolore. Natus sub tertia facie corpe pulcher: statura breuis: facie roseus: ꝛ habebit signum sub cubitis: ꝛ erit mulierũ amator. Et qui sub fine huius signi natus fuerit diuersificatus erit in eius figura atqꝫ in omnibus suis operibus. Qui autem sub prima facie piscium originem traxerit: corpus eius erit album: ꝛ facies similiter: pectus eius latũ: barba pulchra: frons preclara: oculi eius magis nigri qꝫ albi. Et forte aliquod membrum sibi deficiet: diliget dormire: eritqꝫ gulosus:

⁊ ebriosus: ⁊ habebit signū sub cubito uel in pede. Natus vo sub secū da facie erit breuis stature. decorus aspectu: barba nigra: pilosus: ⁊ erit ambulans in duritia cū filijs hominū. Natus sub tertia facie piscium erit aspectu preclarus: oculi eius pulchri: eritq; morbosus.

ET siquidē planete. Prius auctor ostendit qualiter signa respiciunt membra humani corpis. In ista parte ostendit nobis qualiter planete respiciūt membra corpis humani in ipsis signis. Et pōt hec ps diuidi in. 12. ptes fm. 12. signa. vbi ptes incipiūt patet. Prima ps diuidi potest in duas: qm̄ primo ꝓponit. Secūdo ꝓsequit̄ ibi: in ariete. Dicit primo ꝙ si aliquis planeta significauerit aliquā infirmitatē siue debilitatē in corpore humano habebit in quolibet signo membruꝫ ꝓprium in quo erit illa infirmitas. Et q2 ita est cōuenit tractare de dolorib' planetarum in signis. Et incipit ab ariete ꝓcedendo fm successionē signorū ⁊ planetarū. Qd̄ dicit auctor planū est in littera. Ad euidentiā vnius partis pono vnū exemplū. Pono ꝙ in aliqua natiuitate saturnus significauerit nato debilitatē alicuius membri ⁊ sit saturnus in ariete. Dico ꝙ illa debilitas uel infirmitas erit in pectore. Et si saturnus sit in tauro erit illa infirmitas in ventre. ⁊ sic intelligas de ceteris signis. Pono etiā ꝙ mars in natiuitate (intelligas de reuolutione annorū natiuitatis) significauerit vulnerationem ⁊ sit mars in ariete erit vulnus in capite. Si in tauro erit vulnus in collo: ⁊ sic de ceteris signis ⁊ planetis intelligas. Ptolemeus vult ꝙ membra in quibus cadunt morbi ⁊ cetera impedimenta accipiunt̄ a figura celi in hora natiuitatis uel reuolutionis. Dicit enim in. 74ª ꝓpositione centiloquij cū fuerit mars in ascendente alicuius natiuitatis erit cicatrix in facie uel capite nati. Dicit eni haly ꝙ caput est ascendentis ⁊ fm hoc collum est secūde domus. brachia tertie domus ⁊ sic fm ordinē domorū fm ꝙ dictū fuit de signis. De hac materia diffusius loquit̄ dn̄o concedente in capitulo sexte domus.

SVnt quoqꝫ in vno quoqꝫ signo. In ista parte auctor determinat de quibusdā specialib' proprietatibus planetaruꝫ que sunt in diuersis gradibus circuli signorū ⁊ sunt sex. sunt enim ibi quidam gradus masculini ⁊ quidā feminini. Et sunt ibi quidā gradus lucidi ⁊ quidam tenebrosi. Etiam sūt ibi quidam gradus qui dicunt̄ putei. Et sunt ibi quidā gradus qui dicunt̄ azemena. Et sunt ibi quidā gradus qui dicunt̄ augmentantes for-

tunam. Et sunt ibi quidaꝫ gradus qui dicunt̃ consortes. Et ſm hoc ista
pars pōt diuidi in sex partes: quoniã in prima parte enumerat gradus
masculinos ⁊ femininos. In 2ª ꝑte enumerat gradꝰ lucidos ⁊ tenebro-
sos ⁊ fumosos. In 3ª ꝑte enumerat gradus q dicunt̃ putei. In q̃rta ꝑte
enumerat gradꝰ q dicunt̃ azemena. In q̃nta ꝑte enumerat gradus q di-
cunt̃ augmẽtantes fortunã ⁊ gradꝰ sublimitatis. In sexta ꝑte enumerat
gradus q dicunt̃ cõsortes. Prima ꝑs incipit in principio. 2ª incipit ibi:
⁊ in vnoquoq; horũ signorũ. 3ª incipit ibi: ⁊ in signis sunt gradus. q̃rta
ibi: ⁊ sũt in signis quidã gradus. q̃nta ibi: ⁊ in circulo. sexta ibi: ⁊ omẽs
duo gradꝰ. Prima ꝑs pōt diuidi in duas ꝑtes: q̃m in prima ꝑte incipit
enumerare gradꝰ masculinos ⁊ femininos litteraliter. In secũda parte
ponit tabulã de eis. Qd̃ dicit patet in lrã. Postea dicit ꝙ sũt quidã gra-
dus in circulo qui dicunt lucidi ⁊ quidã tenebrosi ⁊ quidam fumosi. Et
quidã q vocant̃ vacui. Et incipit primo eos enumerare. Et deinde po-
nit de eis tabulã ⁊ patet. Postea dicit ꝙ sunt in circulo quidã gradus q
dicunt̃ putei. ⁊ enumerat illos oẽs in lrã. ⁊ quidã libri habẽt tabulã de
eis factã. Deinde dicit ꝙ in signis sunt quidã gradus q dicunt̃ azemena
Et dicit ꝙ azemena est quedã debilitatio corꝑalis ut est cecitas uel sur-
ditas uel aliquid taliũ uel amissio membri. Iuxta qd̃ notandũ ꝙ dicit
haly abenragel in primo capitulo domꝰ sexte libri sui de natiuitatibus
Qñ pars azemena fuerit in ꝑtitione ascendẽtis ⁊ luna iũcta cum ea uel
dñs ascendentis significat ꝙ azemena erit in illo membro nati qd̃ ca-
dit in ꝑtitione illiꝰ signi. ¶ Notandũ est etiam ꝙ si sol in natiuitate ali-
cuiꝰ fuerit in gradu azemena erit debilitatio in oculo dextro si luna erit
in sinistro. Postea dicit ꝙ sunt quidã gradus in circulo qui dicunt̃ au-
gmentantes fortunã ⁊ enumerat eos in littera. Iuxta quã partẽ notan-
dum est qd̃ haly dicit in cõmento. 229. ꝓpositiõis prime partis quadri-
partiti scire te cõuenit ꝙ gradus augmentantes fortunam sunt gradus
exaltatiõis solis ⁊ planetarũ fortunarũ: sicut. 19. arietis. 3. tauri. 15. can-
cri. 27. pisciũ. Similiter sunt illi in quibꝰ adiungunt̃ termini fortunarũ:
sicut. 13. sagictarij. ⁊. 13. pisciũ. ⁊ sunt etiã gradus terminorũ fortunarũ
Et gradus in quibꝰ sunt stelle fixe de natura fortunarũ. Et econtrario in
quibꝰ sunt stelle de natura infortunarũ. Et postea dicit ꝙ oẽs duo gra-
dus q sunt eiusdẽ longitudinis a capitibꝰ signorũ mobiliũ sunt eiusdeꝫ
fortitudinis. Et dicunt̃ cõsortes: sicut. 20. gradus capricorni. ⁊. 10. gradꝰ
sagictarij. Isti eñi duo gradus equaliter distant a capite capricorni. Et
20. libre. ⁊. 10. virginis equalit̃ distant a capite libre. Et. 20. cancri. ⁊. 10

geminorũ equaliter distant a principio cancri. ꝛ. 20. grad⁹ arietis. ꝛ. 10. pisciũ equaliter distant a principio arietis. Ptolemeus dicit. 229. ppo-sitione prime ptis. Astrologi ceteri multũ locuti fuerunt de gradibus ꝛ diuiserũt eos in gradus lucẽtes lubricos ꝛ fumosos. Et sunt ex eis aze-mena: ꝛ sũt ex eis putei. Et locuti fuerũt de alijs multis sicut inuenies p multos libros astronomie. Et si hoc inuenerũt experiẽtia bonum est ꝙ operis p hoc. Et forsitan si eis accidit ꝙ aliquis planeta uel stella fuit i gradu uel eius radius ꝛ fecit fortunã crediderunt ꝙ gradus hoc fecerit. Et siquidẽ ita est cõuenit ut te mutes de vno gradu in aliũ. Et hic finem imponam⁹ nostre rationi. Uidet p istã litterã ꝙ Ptolemeus nõ multũ approbat gradus augmentãtes fortunã ꝛc̃. Dicit enĩ si ita est conuenit ut te mutes de vno gradu in aliũ. gradus enĩ dicunt lucidi uel tenebro-si ppter stellas fixas ibi existẽtes. Et vult haly sm ꝙ pallegatum fuit ꝙ gradus dicunt augmentãtes fortunã in quibus sũt stelle de natura for-tunarũ. Constat autẽ ꝙ stelle fixe mutant loca sua respectu zodiaci no-ne sphere. Ex illa littera Ptolemei potest trahi ꝙ iudicia debẽt fieri sm nonã spheram ꝛ nõ sm octauã. Ex quo enĩ vult ꝙ istos gradus oportet mutare: consequens est ꝙ gradus sm quos debent fieri iudicia nõ mu-tantur. Albumazar in introductorio suo ponit istos gradus. s. masculi-nos ꝛ femininos lucidos ꝛ tenebrosos ꝛc̃. Et dicit ibi si planeta in nati uitate uel interrogatione masculi fuerit in gradu masculino. uel in na-tiuitate feminine uel interrogatõe in gradu feminino erit cui⁹ significa tio fortior. De gradibus lucidis tenebrosis ꝛ fumosis dicit si ceciderit planeta in gradu lucido: erit eius significatio fortior in significatione honorũ ꝛ significat pulchritudinem. Et si ceciderit in gradu tenebroso significat duritiem ꝛ tarditatem ꝛ horribilem rem ꝛ tenebrosam ꝛ ma-lam. Et cum ceciderit in gradu fusco uel vmbroso uel fumoso uel in gra du vacuo significat modicum horribile. Et si ceciderit planeta in gradu putei abibit eius pulchritudo ꝛ aspectus ꝛ debilitatur in significatiõe sua. Fortune nanq; cu; ceciderint in eos debilitantur in significatione earum. Mali vero cum ceciderint in eos debilitatur significatio eorũ. Et fortassis significabit fortunam accidentalem propter debilitatẽ eo-rum super malũ. De gradibus augmentatibus fortunam dicit: antiqui putauerunt ꝙ in circulo erunt gradus augentes fortunam. Et dixerunt ꝙ planete cũ nõ fuerint in locis significantib⁹ fortunã nati ꝛ fuerit luna ul ps fortune i his gdib⁹ aut fuerit ipsi grad⁹ ascẽdẽtes augẽt fortunã na ti. Et si plãete significauerit sibi casũ Isti grad⁹ mouẽt eũ i sublimationẽ

p aliquam quantitatē quodam motu. De gradibus sublimitatis dicit. Quidam dixerūt q̄ cū ascendens fuerit aliquis istorū graduū aut fuerit sol in natiuitate diurna: aut luna in nocturna in quibusdā eorum ꝛ fuerit in loco optimo in figura. Et cū hoc significauerint planete radicis natiuitatis fortunā pducet natum ad sublimitatē ꝛ sedem nobilitatis ꝛ dn̄abit terris ꝛ ciuitatibus ꝛ possidebit diuitias multas.



Et quia auxiliante deo. Pri⁹ auctor determiauit de esse circuli signorū essentiali. Hic determinat de esse accidentali ipsius. Et diuidit in duas partes: q̄m primo cōtinuat dicta dicendis. Secūdo psequit ibi: nam circulus signorū. Et illa diuidit i duas partes: quoniā primo determinat de diuisione accidentali circuli signorū. Secūdo determinat de pprietatibus ꝛ significationibus consequentib⁹ ipsaꝫ diuisionē ꝛ incipit ibi: quarta autē pars que est ab ascendente. Et illa diuiditur ī duas ptes: quoniā primo ponit pprietates ꝛ significationes quartarū. Secūdo ponit signifcatiōes singularū domorū. ꝛ illa incipit ibi: ꝛ vnaqueq̄ domorū. Primo dicit postq̄ compleuit esse essentiale circuli signorū. nūc vult tractare de esse accidentali ipsius. Postea dicit q̄ circulus figurat qualibet hora tali figura que diuidit in quattuor partes q̄s diuidit circulus horizontis ꝛ circulus meridianus. Et quelibet istaruꝫ quartarū diuidit in tres partes equales ſm ascensionē signi ascendentis in circulo directo. Et hoc modo diuidit totus circulus in. 12. partes que vocant turres uel domus: cui⁹ expositio est in canonib⁹ tabularum Intelligendi sunt duo circuli magni transeūtes p polos mundi quorū vnus est circulus meridianus: ꝛ alter circulus transiens p punctum zodiaci qui est in cōtactu horizontis orientalis ꝛ p punctū oppositum. s. qui est in cōtactu horizontis occidentalis intersecans circulū meridianum sup polos mundi. Isti duo circuli diuidūt totū celum in quattuor partes que q̄nq̄ inter se sunt equales q̄nq̄ inequales: ut plurimū tamē sunt inequales. Si eni principiū arietis uel principiū libre fuerit ī ascendente. Iste quarte sunt equales. In omnib⁹ autē alijs dispositionibus sunt inequales. Postea intelligatur portio circuli equinoctialis intercepta inter circulū meridianū ꝛ circulum transeuntē p initiū ascendentis diuidi in tres partes equales. Similiter alia portio circuli equinoctialis que est ab ascendente vsq̄ ad inferiorē partē circuli meridiani. s. ad angulū terre intelligat diuidi in tres partes equales. Deinde imaginent circuli magni transeūtes p diuisiones p̄dictas ꝛ p polos mūdi. tūc

portio zodiaci intercepta inter quoslibet duos circulos primos est vna domus. Hec est positio Ptolemei τ ista tenet̃ cõmuniter. Est etiam alia imaginatio de domibus quã tenet abrahã auenezre. Et imaginat̃ transire circulos p̃ diuisiones eqnoctialis τ p̃ intersectionẽ circuli meridiani τ horizontis in parte septẽtrionis. Ista via cõiter nõ tenet̃ ideo non curo eã multũ explanare. Inuenire autẽ principia. 12. domorũ p̃ astrolabiũ nõ est difficile: imo leue. cui⁹ doctrinã hic interponere esset longũ τ supfluũ cum in canonibus astrolabij fuerit posita sufficiẽter. Qui aũt voluerit domos equare p̃ tabulas in canonibus tabularũ primi mobilis doctrinã completã inueniet. Deinde dicit auctor principiũ hui⁹ diuisionis est ascendens cui⁹ initiũ est in puncto hemisperij ex p̃te orientis. Deinde sequit̃ secũda dom⁹. deinde tertia. τ sic vsq; ad duodecimã.

Quarta autem pars. Hic auctor ponit ꝓprietates τ significationes circuli signorũ cõsequẽtes diuisionẽ eius accidentalẽ. Et dicit ꝙ quarta pars circuli que est ab ascendentu vsq; ad mediũ celi. s. 12ª domus. 11ª τ. 10. dicit̃ quarta orientalis masculina aduenien s. Et significat initiũ vite τ vocat̃ puerilis sanguinea. Et alia quarta que est a medio celi vsq; gradũ occidentis. s. 9ª 8ª τ 7ª domus dicit̃ meridiana feminina recedens a nobis. τ significat mediã etatẽ que vocat̃ p̃fectio iuuẽtutis. τ vocat̃ estiualis τ colerica. Tertia quarta que est a gradu occidentis vsq; ad angulũ terre. s. 6ª 5ª τ 4ª domus est occidentalis masculina accedens ad nos τ significat finẽ vite τ vocat̃ autũnalis melancolica τ ẽ mediocris etatis. Quarta pars que est ab angulo terre vsq; ad ascendẽs. s. 3ª 2ª τ prima dom⁹ est septẽtrionalis feminina recedens a nobis. τ significat qð accidit homini post mortẽ eius quantũ ad memoriã hominũ. s. vtrũ dicat̃ de ipso bonã uel malum. Et hec pars vocat̃ senilis flegmatica defectiua τ hyemalis. Et est recte compatio quã auctor ponit hic sicut illa quã posuit ĩ diuisione essentiali circuli. excepto qð addit hic ꝙ significant initium τ mediũ τ finẽ vite τ quid accidat homini post mortẽ eius. Postea dicit ꝙ tota illa medietas que ẽ a medio celi eundo p̃ ascendẽs vsq; ad quartam domũ vocat̃ medietas ascendẽs. Et alia medietas que ẽ a quarta domo eũdo p̃ gradũ occidentis vsq; ad mediũ celi vocat̃ ascendens. Et tota medietas que est super terram vocat̃ dextra. τ illa que est sub terra vocat̃ sinistra. Deinde dicit ꝙ prima domus τ. 4ª τ. 7ª. τ 10ª vocant̃ anguli. Et. 2ª 5ª 8ª τ. 11ª vocant̃ succedentes angulis. 3ª autẽ. 6ª 9ª τ. 12ª vocant̃ cadentes ab angulis. Deinde addit quoddã notabile τ dicit cũ planeta fuerit in angulo uel in succedente dicit̃ ꝓficere τ si fuerit in cadentibus dicit̃ deficere.

ET vnaqueq; istarũ domoruz

Hic auctor ponit significatiões ꝓprias cuiuslibet. 12. domorũ. Et tota ista pars potest diuidi in quattuor: qm̃ in prima ꝑte ponit significationes. 12. domorũ quantũ ad esse hominũ. In secũda ꝑte ponit significatiões domoꝝ quantũ ad colores. In tertia ꝑte ponit quasdaz regulas q̃ possunt dici amphorismi. In quarta ꝑte docet eligere significatores. Prima incipit ĩ principio. Secũda incipit ibi: significãt ⁊. 12. domus colores. Tertia ibi: ⁊ dicit̃ in significatione domorũ. Quarta ibi: ⁊ cũ volueris scire planetã dñatorẽ rei. Prima ꝑs potest diuidi ĩ duodecim partes ſm ꝙ ponit significationes. 12. domorũ: ⁊ vbi incipiũt patebit. Primo dicit ꝙ vnaqueq; domus significat aliquid de esse hominũ. Nam prima domus que incipit ab horizonte orientali que vocat̃ ascendens significat corpa hominũ ⁊ vitã: initia omniũ operũ in interrogationibꝰ ⁊ locutionibus ⁊ rumoribꝰ ⁊ ceteris talibus. Et significat cogitationẽ querentis scilicet qđ querens habet in aĩo ⁊ significat principiũ vite. Et dominus triplicitatis prime domus. primus significat vitã ⁊ naturaz nati seu interrogantis ⁊ eius delectationes atq; voluntates quid diligat uel quid odio habeat ⁊ quid boni uel mali accidat ei in initio vite. Et secundus dñs triplicitatis huiꝰ domus significat vitam ⁊ corpus ⁊ virtutem siue fortitudinẽ nati ⁊ medium vite. Tertius dñs triplicitatis significat idẽ qđ socij ⁊ significat ꝑ se finem vite. Ex ista littera potest collegi ꝙ si primus dominus triplicitatis huiꝰ domus fuerit fortior alijs duobus erit prima pars vite melior. ⁊ sic de alijs duobus intelligas. ¶ Circa istam domũ quedã sũt notanda. Notandũ est primo de intentiõe querentis qđ dicit Ptolemeus in. 94ᵃ ꝓpositiõe centiloquij. Locus fortioris significatoris in ascendẽte est id qđ est in aĩo interrogãtis. Ideoq; cũ volueris scire intentionẽ querẽtis vide q̃s planetarũ habeat plures fortitudines in ascendẽte ĩ illa hora qñ venit ad te aĩo interrogãdi: ⁊ vide ĩ qua domo ex. 12. domibꝰ sit ille planeta. ⁊ dicas ſm significatiões illiꝰ domus in q̃ fuerit. Uerbi grã. Pono ꝙ ascendens sit leo ⁊ sol hẽat plures fortitudies ĩ gradu ascendẽte. ⁊ pono ꝙ sol sit in 2ᵃ domo dico ꝙ intentio sua est petere de substantia sua uel de lucro uel de aliq̃ ꝯsili. Et si sol fuisset in 3ᵃ domo dixissez ꝙ vellet petere aliq̃d de esse fratris uel fratrũ ⁊ sic de alijs domibꝰ suo mõ. Et si veniẽs ad te tenuerit aliquã rẽ ĩ manu sua uel alio mõ eã occultauerit. ⁊ si volueris scire substantiã ⁊ naturaz illiꝰ rei aspice planetã fortiorẽ in ascendẽte si aspexerit ascẽdẽs erit illa

res de substãtia signi ascendẽtis. Si nõ aspexerit ascendens erit de sub-
stantia signi in q̃ est planeta. Si fuerit signũ terreũ: erit de natura terre
uel aliqua res q̃ nascit̃ de terra. Si fuerit signũ aquaticũ: erit aliqua res
res de natura aque uel que nascit̃ in aqua. Si fuerit aereuꝫ: erit aliqua
res de natura aeris. Si fuerit signũ igneũ erit aliqua res que opat̃ per
ignẽ. Et si volueris scire colorẽ rei aspice dñm hore ꝛ ſm colorẽ illiꝰ iu-
dica. De coloribꝰ planetarũ dicet̃ postea vbi loquet̃ de naturis planeta
rũ dño concedẽte. Et si volueris scire vtrũ res sit noua uel antiqua aspi
ce lunã. si fuerit sup terrã erit noua. si fuerit sub terra erit antiqua. Et si
volueris scire vtrũ sit longa uel breuis: aspice dñm termini gradꝰ angu
li terre qui si fuerit in auge sui circuli erit res longa. Si fuerit in opposi
to augis erit breuis. Si in longitudinibꝰ medijs mediocris inter longũ
ꝛ breue. Hec est sñia Ptolemei in. 90ᵃ ꝑpositiõe centiloquii. Cũ aspere-
rit significator ascendẽs ꝛc̃. Dicit haly abenragel si aliqs quesierit a te
de vita sua vtrũ sit longa uel breuis: aspice dñm ascendentis ꝛ lunã. Si
fuerint salui ab infortunis significãt longã vitã. Et si fuerint cõbusti uł
infortunati significãt paruã vitã. Notandũ est circa nutritionẽ. s. vtruꝫ
puer sit vitalis uel nõ. Dicit haly abenragel qñ dñi triplicitatis lumina
ris tp̃is vult dicere dñi triplicitatis signi in quo est sol si fuerit natiuitas
diurna uel signi lune in natiuitate nocturna fuerint in ascendẽte uel in
10. domo uel. 11. uel. 5. est significatio bone ac leuis nutritiõis. Et si fue
rint in septima: significãt malã nutritionẽ ꝛ anxiã atq̧ laboriosam. Qñ
gradus ascendẽs ꝛ luminare tp̃is dãnati fuerint: significat ꝙ nõ nutrie-
tur nisi dñi triplicitatis fuerint salui ꝛ firmi in angulis. Qñ luna fuerit
infortunata in ascendẽte: nutritionẽ nõ significat. Qñ luna fuerit in. 4.
domo iũcta corpaliter cũ infortuna aut de q̃rta uel oppositione aspicit
infortunam significat ꝙ nõ nutriet̃ ꝛ mater eius est in periculo aut for
sitan morietur. Dicit abraham auenezre. Si dñs ascendentis fuerit cõ
bustus natꝰ nõ viuet spaciũ. 8. dierũ. Portata fuit mihi natiuitas vnius
pueri cuiꝰ ascendẽs erat virgo ꝛ mercuriꝰ fuit in piscibꝰ in detrimẽto suo
retrogradus ꝛ cõbustus. ꝛ ego credidi huic dicto ꝛ dixi ꝙ puer nõ viue
ret ꝑ octo dies ꝛ mortuꝰ fuit i sexta die. Dicit haly abenragel: coniũctio
planetarũ humanitatẽ nõ significat. Uult dicere: cõiũctio pluriũ plane
tarũ in ascendẽte nõ significat nutritionẽ. Et ponit ibi vnũ exemplũ no
tabile. Dicit: vocauit me rex nostre ciuitatis ꝛ vna ex mulieribꝰ peperat
filiũ ꝛ fuit ascendẽs libra. 8. gradꝰ terminꝰ mercurij. ꝛ fuerũt in eo Jupi-
ter venus mars ꝛ mercuriꝰ ꝛ cõuenit ibi vna societas astrologorũ ꝛ qli
bet eoꝝ suã opinionẽ dixit: ꝛ ego tacui. Rex dixit mihi: qd habes ꝙ nõ

F. [illegible] Grez. [illegible] d. 9. Aprilis 1636 ad [illegible] D. obijt die 18 seq.

loq̃ris?Cui rn̄di: date mihi terminū triū dierū: q2 si fili⁹ vester transierit te:tiū diē erit de ipso miraculū magnuz. Et qñ nat⁹ cõpletas habuit. 24. horas posuit se ad loquendū ꝛ locut⁹ fuit ꝛ fecit signū ū māu ꝛ rex multū expauescebat inde. Et dixit possibile eē ꝙ diceret aliquā ꝓphetiā uel aliquod miraculū. Et rex iuit ad natū ꝛ nos cū eo ad audiendū quid diceret. Er infans dixit: ego sum natus infortunat⁹ ꝛ natus sū ad iudicandum amissionē regni ꝛ destructionē gentis almanā. Hinc statim cecidit natus ꝛ mortuus est. ¶ De his qui moriunť anteq̃ȝ recipiūt cibū dicit Ptolemeus i quadriptito. generaliter dico ꝙ qñ aliquod luminare fuerit in aliquo angulorū ꝛ fuerit sil'iter aliqua infortuna ꝑticipationē habens cū eo in longitudine que fit cū eo gradu ꝑ gradū uel ipsum aspiciens in figura duorū laterū equaliū. Nec habuerit cū eo fortuna ꝑticipationē de figura. Et dispositor luminariū loci inuentus fuerit in locis planetarū infortunarū natus ille nō recipiet cibum ꝛ morieť hora qua nasceť. Dicit abraham cū fuerit cauda draconis in ascendente natiuitatis natus ille erit cecus ꝛ ꝭm distantiā eius a gradu ascendētis erūt anni. Uerbi gratia: si fuerit in. 10. gradu ab ascendente cecabiť in. 10. āno. Electiones hui⁹ domus sunt inceptiones rerum. sicut incipere edificare uel aliquid consil'e. Dicit hyspalensis in electionibus prime domus. Si sciueris natiuitatē alicuius caueas in electione sua ne ponas signuȝ in ascendente in quo fuit infortuna in sua natiuitate. Si aūt ignoraueris natiuitatē elige ꝭm naturā rei ꝓ qua fit electio. verbi gratia: si fit electio ꝓ incipiendo scribere aliquē librū fortificeť mercurius. Si ꝓ eundo ad bellum fortificeť mars. Si ꝓ edificando ponať signū fixum in ascēdente. Dicit idem hyspalensis volens horā sanguinis minuendi eligere fac ut sit luna in trino uel sextili aspectu martis. ꝛ caue ne sit cōiuncta cum eo corꝑaliter uel in quarto ul' in opposito eius. Et fac ut sit luna i signo humoris minuendi.



Ecunda domus.

Hic auctor ponit significationes secūde domus Et dicit ꝙ secūda domus significat substantiaȝ ꝛ victum ꝛ auxiliatores ꝛ ministros. ꝛ significat finem iuuentutis Et Anduzgaȝ dixit vide quis ex tribus dñis triplicitatis domus substantie sit fortior in se. i. in loco in quo est i figura ꝛ habēt faci es significatorē substantie. Qui si fuerit in decima domo habebit substantiā a rege. Et si fuerit i domo fiducie. i. in vndecima erit melius. Alia littera habet si fuerit in domo fidei erit magis. Credo ꝙ prima littera sit vera. Domus eni fiducie est domus substantie regis

Et primus dñs triplicitatis dat substantiaꝫ in principio vite: qui si fuerit fortunatꝰ erit natus diues in principio vite. 2ꝰ dat substantiã in medio vite: q si fuerit fortunatꝰ erit natꝰ diues in medio vite. 3ꝰ dat substantiam in fine vite: q si fuerit fortunatꝰ natꝰ erit diues in fine vite. Et silr̃iter intellige de infortunijs eorũ. i. si aliqs eoruꝫ fuerit infortunatꝰ amittet natꝰ substantiã in illa pte vite q̃ ei attribuit̃. Dicit hyspalensis in canonibus huiꝰ domꝰ cõsidera vtrũ dñs secũde domꝰ sit in ascẽdẽte uel dat vim suã dño ascendẽtis ꝛ nõ sit in domo lapsa si sic habebit lucruꝫ sine labore. Et si econtra fuerit fit ecõuerso. Et si Jupiter fuerit in natali angularis uel sit in suo honore uel habeat vim in ascendẽte uel cõsideret partẽ fortune: uel sit dñs domꝰ solis in natali diei: uel dñs domus lune in natali noctis: uel sit dñs hore nõ deerit nato census i vita sua: qꝛ hic id est Jupiter est dñs substantie. Si võ dñs ascendentis aspiciat dñm substantie uel suã domuꝫ uel partẽ fortune aspectu inimicitie destruet substantiã manu sua ꝓpria. Si dñs ascendẽtis fuerit in 2ª domo infortunatꝰ dabit ꝓprio velle substantiã suã. Si võ sit ibi planeta infortunatus q nõ sit dñs ascendentis capiet̃ ab ipso vi siue furto. Si capricornꝰ sit ascendens natus erit cupidus ꝛ auarus: qꝛ dñs ascendẽtis ꝛ dñs secunde sũt ideꝫ. s. saturnꝰ. Dicit Ptolemeus in canonibꝰ huiꝰ domus res ptinẽtes ad lucra substantie quõ erũt cõuenit nobis pquirere a pte fortune solũmodo quã scimus semp p id qđ est inter solẽ ꝛ lunã ꝛ pijcit̃ ab ascendẽte in nascentibꝰ de die ꝛ i nascentibꝰ de nocte. Juxta qđ notandum est ꝙ pars fortune scḋm Ptolemeũ ꝓijcit̃ h oc mõ. subtrahat̃ verus locus solis a vero loco lune ꝛ qđ remanserit cõputat̃ a gradu ascendẽtis ꝛ vbi numerꝰ finit̃ ibi est pars fortune hoc modo iubet Ptolemeus semp facere siue fuerit in die siue i nocte. De hoc ꝓlixius dicet̃ deo concedente in expositione qnte differentie ibi eni habet locũ. Postea dicit Ptolemeꝰ iudiciũ huiꝰ est istiꝰ maneriei. Uolo dicere accipe planetas gubernatores signi. Dicit ibi haly ꝙ regula p quã scimus nati diuitias est accipere planetas gubernantes locũ partis fortune ꝛ p̃pones illum q habuerit ibi plures dignitates. Deinde dicit Ptolemeus ꝛ qñ gubernatores ptis fortune fortes ꝛ potẽtes fuerint: erit natus magnarũ diuitiarũ maxime si duo luminaria testificabunt̃ ibi testimonio cõcordato id est aspectu trino uel sextili. Ptolemeus. scias ꝙ saturnꝰ significat ꝙ diuitie nati erũt ex parte mulierũ aut ꝓ labore terre aut p maria. Et Jupiter significat ꝙ diuitie erunt ꝓ senescalia uel pro donis bonorũ ꝛ religiosorũ. Et mars significat ꝙ diuitie erunt ꝓducendo milites aut gubernando hoĩes armoruꝫ. Et venus significat ꝙ diuitie erunt ꝓ donis

amicorũ ⁊ mulierũ. Et mercurius significat ꝙ diuitie erũt ꝓ scientijs ⁊ mercinonijs. Dicit haly abenragel debemꝰ in hoc primitus īspicere ad stellas fixas que sũt prime ⁊ secũde magnitudinis. Et si aliquã earũ inuenerimus in gradu ascendẽtis uel ī gradu decime domꝰ aut in gradu septime aut in gradu q̃rte aut ī gradu solis si natiuitas fuerit diurna uł in gradu lune si natiuitas fuerit nocturna. Et melior horũ locorũ oĩuꝫ est gradus ascendens deinde gradus decime domus: deinde gradus septime: deinde q̃rte. Et si de p̃dictis stellis fuerint in duobꝰ locis uel ī tribus aut pluribꝰ si natus fuerit cũ hoc de ꝓgenie regis erit rex altus. Et si de ꝓgenie regali nõ fuerit: habebit potentiã ⁊ mandatuꝫ siłe potentie ⁊ mandato regis ⁊ ꝑueniet ad magnã nobilitatẽ ⁊ altũ dominiũ ⁊ precipiet ciuitatibꝰ villis ⁊ genti. Et scias ꝙ stelle fixe. s. p̃mi honoris eleuãt hominẽ ad altũ gradũ ⁊ magnã dignitatẽ ⁊ ꝑmutant de infimo ad supremũ. Hoc idem dicit Ptolemeus in. 29. ꝓpositione centiloquij. stelle fixe dant dona modũ excedentia sed multotiens finiunt in malũ. Dicit haly in cõmento eiusdẽ ꝓpositionis cũ he stelle sole prefuerint. i. sine testimonio fortunarũ planetarũ erit mors illorũ mors pessima. Dicit haly abenragel quando pars fortune fuerit cadens ⁊ in malo loco uel fuerit sub radijs solis aut ī radijs infortune ⁊ dominus eiꝰ in loco peregrino. i. in loco in quo nullã habet dignitatẽ ⁊ dñs secũde domus nõ aspexerit ascendens: natus erit laboriosus ⁊ pauper ⁊ angusta ⁊ misera vita viuet. Nõ est bonus sol neq̧ mars neq̧ saturnus in secũda domo in aliqua natiuitate: nec inde natꝰ bonũ habebit: quoniã sol destruet planetas ⁊ ausert eis lumen: ⁊ mars est significator impedimentorũ laborum ⁊ defectus substantie. Saturnus significat pauꝑtatẽ ⁊ indigentiã ⁊ peius hoc toto est si dominus domus substantie fuerit cõbustus cum damnatiõe partis fortune. Dicit abraham auenezre si volueris scire ꝗs nascentiũ fuerit pauper uel diues aspice dñm secũde domus qui si fuerit fortunatus erit diues. si cõbustus uel retrogradus uel in casu suo erit pauper sicut dictũ est in natiuitatibꝰ ita intellige de questionibꝰ. De electionibus que fiũt in hac domo dicit hyspalensis si volueris emere aliquã rem causa lucrandi aspice ut sit luna in aspectu trino uel sextili solis ⁊ caueas ne sit sub luce solis. ⁊ meliꝰ est ut dominus ascendentis det vim planete existenti in decima uel vndecima domo ita ꝙ recipiẽs nõ sit retrogradus. Si Jupiter sit in ascendente quarta decima uel vndecima uel secũda domo bonum est. Aspice etiam ut sit pars fortune in bono loco. ⁊ melius est ut dñs partis eam aspiciat uel luna uel sol.



TErtia domus. Hic ponit significationes ter
tie domus ⁊ dicit ꝙ tertia do
mus significat fratres ⁊ sorores ꝓpinquos ⁊ cognatos ⁊
dilectos: ⁊ signifi cat fidem ac religionem mandata ⁊ le-
gationes mutati ones ⁊ itinera breuia. Et significat esse
vite ante mortem. Et dicit Anduzgaz dominus triplici-
tatis huius tertie domus primus significat fratres maiores. Secūdus
mediocres. Tertius minores: ⁊ eorū status ⁊ dignitas indicatur ſm sta
tus istorum dominorū. Dicit haly abenragel quando sol fuerit domi-
nus tertie domus ab ascendente ⁊ combusserit dominū secunde dom⁹
aut partem substantie significat ꝙ natus perdet substantiam occasiōe
fratrum ⁊ soluet pro eis impositiones amissiones ⁊ dāna multa. Quan
do dominus tertie domus ⁊ pars fratrū uel Jupiter fuerint in signis cō
munibus uel signis multorū filiorum ⁊ fortune aspexerint eos aspectu
amicitie ⁊ cum receptiōe: significat ꝙ natus ille primogenitus est a fra
tribus suis ⁊ ꝙ habebit frēs potentes ⁊ bonos. Si dn̄s dumus fratrū
fuerit combustus aut pars fratrum fuerit combusta uel si sol fuerit in
domo fratrum aut in opposito Jouis: he sunt significationes pauco-
rum fratrum ⁊ ꝙ destruentur ⁊ expergentur. Quando dominus dom⁹
fratrum infortunatus fuerit super terram: significat ꝙ damnum ⁊ occa
sio perueniet in fratribus qui fuerint ante eum. Et si habuerit istud in-
fortunium eo existente sub terra malum: ⁊ damnum istud perueniet ad
fratres qui erunt post eum. Et hoc modo dices in bono ⁊ fortuna quā-
do fortunatus fuerit in locis bonis ⁊ fortibus. Si dominus domus fra
trum fuerit in ascendente: significat natum esse primogenitum: uel erit
solus sine hoc ꝙ vnquā fratres habebit uel sorores. uel quando inter
ascendens ⁊ medium celi non fuerit aliquis planeta significat similiter
ꝙ natus est primogenitus. Et si aliqui fratres nascentur post eum per-
dentur. Et si forte aliquis ex eis remanserit: semper tamen erit maior ⁊
melior. Quando in aliqua reuolutione annorum nati fuerit dominus
tertie domus in decima ab ascendente natiuitatis aliquis fratrum ei⁹
morietur in illo anno. Similiter si dominus tertie radicis natiuitatis
fuerit in decima domo reuolutiōis: hoc est iō quia decima domus ab
ascendente est octaua a domo tertia. Si aliquis quesiuerit a te de statu
fratris sui aspice signum tertium ab ascendente que est domus fra-
trum ⁊ dominum sue triplicitatis ⁊ dominum illius domus ⁊ que ex

fortunis uel infortunis aspicit ipsuz ꝛ in quo loco est: qꝛ si iueneris dominũ tertie dom⁹ in sexta domo uel applicantez dño sexte domus: aut dñm sexte in tertia. dicas ꝙ frater ei⁹ est infirmus. Et si ipsũ inueneris ĩ quinta uel. 11ª dicas ꝙ frater ei⁹ nõ est in loco suo: qꝛ iuit extra locũ suũ Et si iueneris dñm tertie domus infortunatũ aut in. 12ª dicas ꝙ frater eius est in anxietate aut in infirmitate. Et si inueneris dñm tertie cum marte ambos cõiunctos ꝛ cõbustionẽ intrantes sub radijs solis. dicas ꝙ non euadet ab infirmitate. Et si ambo cõbusti fuerint iudica modis oĩbus mortẽ. Et hoc modo inspicias si interrogatus fueris in reb⁹ ꝑtinentibus ad alias domus ut de patre uel filio uľ vxore ꝛc̃. Dicit hyspalensis volens incipere primũ iter fac ut planeta fortuna aspiciat domũ tertiã uel ei⁹ dñm ita ꝙ nõ sit ibi malus uel ei⁹ quart⁹ aspect⁹ uel oppositus. Si est luna in tertia domo bonum est. Cancer leo ꝛ capricornus mali sũt ꝓ breui itinere. Luna in ascendente uel in q̃rta domo in oĩ electione malũ. Cauendũ est ne luna sit in via cõbusta que est a. 19. gradu libre vsq; ad tertiũ scorpionis. Cauendum est etiã ne sit luna ꝓpe caput uel caudã draconis infra duodecim gradus.



Quarta domus.

Hic ponit significatiões q̃rte domus. Et dicit ꝙ quarta dom⁹ significat patres ꝛ hereditates ꝛ fines rerũ ꝛ significat thesauros ꝛ oẽs res occultas ꝛ absconditas ꝛ sigt finẽ vite. Et dicit anduzgaz dñs triplicitatis q̃rte dom⁹ primus significat patres. 2⁹ significat ciuitates ꝛ terras. 3⁹ significat finẽ rerũ ꝛ carceres. Dicit haly abenragel. Aspice statuz patris a dñis triplicitatis q̃rte dom⁹. Si dñs triplicitatis q̃rte domus primus fuerit in domo uel in exaltatione sua aut in suo haiz receptus a sole uel Ioue ꝛ fuerit in alto loco medij celi uel in quinta domo significat bonũ statum patris nobilitatẽ altitudinẽ ꝛ diuitias posse ꝛ longam vitã ꝛ bonã fortunã ꝛ hoc si signũ in quo fuit hic planeta fuerit masculinũ: ꝛ si signũ ipsum fuerit femininũ significat matri ea que diximus ꝛ maxime si planeta fuerit femininus. Quid sit haiz exponet̃ postea deo concedente. Et si 2⁹ dñs triplicitatis quarte domus fuerit fortunat⁹ pater habebit terras ꝛ populabit eas ꝛ laborabit in eis ꝛ habebit ex hac parte bonã vtilitatem aut lucrũ. Et si fuerint hi planete in esse diuerso seu cõtrario contrariũ iudica. Et si dominus triplicitatis quarte domus tertius fuerit fortis ꝛ fortunat⁹ ut ꝓdiximus: pater erit homo qui extrahet thesauros ꝛ vineas incidet ꝛ aptabit lapides preciosos. Et si fuerit ĩ diuerso statu ab eo qđ diximus erit incisor lapidũ uel laborabit in mate

rijs malis ꝛ fetentibus. Si sol in natiuitatibꝰ diurnis uel saturnus ĩ nocturnis. Et pars patris similiter aspexerint ascendens uel eius dominũ de q̃rto uel oppositione significat ꝙ pater nati filiũ abhorrebit ꝛ odiet eum ꝛ ꝓcurabit ut interficiat̃. Et si luna ꝛ pars matris aspexerint ascendens uel eius dñm abhorribilitas illa ꝛ maliuolentia in filiũ erit a matre. Dixit hermes quarta domus est fouea planetarũ qm̃ est in fũdo circuli celi ꝛ infirmitate: ꝛ est in trino aspectu. 12ᵉ domus que est domꝰ tenebrarũ laborũ anxietatũ ꝛ carcerũ ꝛ est gaudiuꝫ infortune maioris ꝛ est in sextili aspectu sexte domus que est domus tenebrosa infirmitatis ꝛ damni ꝛ gaudiũ infortune minoris. Qñ aliquis planeta fuerit in q̃rta domo ꝛ in suo casu est sicut homo in solitudine suffocatꝰ donec exeat inde. Dicit haly abenragel qñ pars fortune fuerit infortunata in signo masculino iudica ꝙ pater prius moriet̃ q̃ꝫ mater. Si in signo feminino mater prius moriet̃ q̃ꝫ pater. Pars patris accipit̃ de die a sole in saturnum ꝛ de nocte econtra ꝛ ꝓijcit̃ ab ascendente. Pars matris accipit̃ in die a venere in lunã ꝛ de nocte econtrario ꝛ ꝓijcit̃ ab ascendente. Si dominus partis patris fuerit suꝑ terrã ꝛ dñs partis matris sub terra iudica ꝙ mater prius moriet̃ q̃ꝫ pater. Et si contrariũ fuerit contrariũ iudica. Dicit haly abenragel dixit alhezen filiꝰ alhezib. Quadaꝫ die cũ esset cũ abolabeꝫ ꝛ fuit cũ eo meraefo venit ad me quidã senex ꝛ dedit mihi chartã vnã in qua scripta erat vniꝰ natiuitatꝭ figura. ꝛ dixit mihi ꝙ aspicerem in eadẽ figura ꝛ ego quesiui ab eo cuiꝰ erat illa figura seu natiuitas. qui rñdit ꝙ erat cuiusdã filij sui ꝛ dum inspicerẽ ꝛ cogitarem in ea abolabeꝫ accepit eã de manu mea ꝛ aliquantuluꝫ aspexit in ea ꝛ dixit. Primũ quod in hac natiuitate videmꝰ est ꝙ natus iste ortus est de adulterio quia nõ est filius illius qui dicit ꝙ filius eius est. Ego dixi vnde habes hoc ꝛ respondit. senex iste dicit ꝙ hec natiuitas est filij sui ꝛ pater nati cuiꝰ est hec natiuitas iã sunt quattuor anni ꝙ decessit ꝛ obijt eodem anno quo natꝰ ortus fuit. Et ego quesiui vnde habebat hoc. ꝛ ipse dixit: ego aspexi ad gradum patris ꝛ inueni eũ in opposito matris ꝛ nõ erat inter eos plus vno gradu. Et inueni parteꝫ patris in. 11ᵃ domo ab ascendente que est octaua ꝛ quarta ꝛ erat inter partem ꝛ saturnũ vnus gradus ꝓpter qđ iudicaui ꝙ pater huius nati anno quo natus fuit ortus decessit. ꝛ hic senex dicit ꝙ est filius eius vnde natus adulterinus ẽ. ꝛ tunc senex dixit: ego non sum pater huius nati: sed est filius filij mei ꝛ filius meus. pater eius decessit eodem anno natiuitatis istius sicut hic homo bonus dixit.



Uinta domus. Hic ponit auctor significationes quinte domus. Dicit ꝙ hec domus significat filios tã masculos ꝗ̃ femininos Et significat dilectiones ⁊ legatos siue nuncios ⁊ dona. Et qđ futurũ sit post mortez ex laude uel vituperatione. Et dixit anduzgaz ꝙ dñs triplicitatis domus filiorũ primꝰ significat filios ⁊ vitã eorũ. 2ꝰ designat dilectiones. 3ꝰ significat legatos siue nũcios. Dicit Ptolemeus in rationibꝰ huiꝰ domus cõuenit ut inspiciamus ad planetas existẽtes in loco zenith capitũ nostrorũ ⁊ ad locũ qui sequit̃ illũ. ⁊ est locus fortune ⁊ ad locũ ꝑticipẽ cũ illis in figura. Dicit ibi haly in cõmento locus qui est zenith capitũ nostrorũ est. 10ª domus. ⁊ locus q sequit̃ est. 11ª domus q̃ est domꝰ fortune. Et regula qua sciemus esse filiorũ est accepta a planetis existentibus in his locis aut existentibꝰ in locis ꝑticipantibꝰ cũ eisdẽ sicut est ascendens ⁊. 7ª domus qꝛ vtraqꝫ earũ ꝑticipat cũ. 10ª ⁊. 11ª. Et si nõ inuenerimꝰ in his locis planetã inspiciemꝰ si quos inuenerimꝰ in. 4ª domo uel. 5ª ⁊ accipiemꝰ inde significationẽ. Dicit Ptolemeus ⁊ lunã venerẽ ⁊ Iouẽ iudicabimus in dando filios. Solẽ martẽ ⁊ saturnũ in auferendo ⁊ dabimus mercuriũ ꝑticipatorẽ cũ quocũqꝫ eorũ qui secũ ꝑticipet in figura. Dicit haly in cõmento. Si fuerit in locis ꝓdictis aliquis ex planetis fortunis significat ꝙ habebit filios. Si aliqs ex infortunis nullũ habebit filiuz ⁊ si hũerit erunt debiles ⁊ pauci. Et si mercurius ꝑticipationẽ habuerit cum fortunis erit fortuna: si cuz infortunis erit infortuna. Dicit Ptolemeus ⁊ est ꝓpositio. 144ª q̃rte partis res ꝑticulares filiorũ poteris scire ꝑ cõsiderationẽ qñ bene inspexeris in quolibet eorũ ad planetã dantẽ filios ita ꝙ eũ ponas loco ascendentis ⁊ scies cetera ꝑticularia filiorũ generaliter sicut ꝑ natiuitatez. Dicit haly in cõmento. Qđ autẽ vult Ptolemeus in hoc loco narrare ẽ id qđ accidit in natiuitate mea. Inspexi ⁊ inueni Iouẽ in decima domo ⁊ in. 28º gradu capricorni aspicientẽ se cũ luna ⁊ saturno ⁊ significabat hoc ꝙ haberẽ filios ⁊ ꝙ morerent̃: qꝛ saturnꝰ erat cũ Ioue in. 10ª domo. ⁊ qꝛ Jupiter erat in signo feminino ⁊ luna sil'iter significabat ꝙ essent plures vno ⁊ ꝙ essent plures femine. Et qꝛ Jupiter erat oriẽtalis: significabat ꝙ haberẽ masculũ ⁊ sic habui tres filios vnũ masculũ ⁊ duas feminas ⁊ oẽs obierũt: erat autẽ gradus ascendẽs natiuitatis masculi circa gradũ saturni ĩ mea natiuitate ⁊ ꝓpter hoc mortuus est cito. Et erat gradꝰ ascendẽs vniꝰ femine in piscibꝰ in sextili Iouis in mea natiuitate ⁊ in trino lune mee natiuitatis: ⁊ erat sol ylech in signo capricorni. Et erat gradus ascendẽs alteriꝰ femine in capricorno

⁊ hoc est mirabile: ꝓpter qd sciri potest ꝙ natiuitates semꝑ inter se con cordant vna cū alia. Dicit hyspalensis volens horā generādi filium eli gere masculū. sit Jupiter in quouis angulo uel sit soli oriētalis sitq3 do minus hore masculus ⁊ meli⁹ est ut signū ascendēs sit masculinū ⁊ etiā eius dn̄s. ⁊ si luna sit fortunata a Joue erit melius. Pro femina accipe signa feminina ⁊ planetas femininos ⁊ sit Jupiter occidentalis. Dicit haly abenragel qn̄ in quinta domo fuerit aliqua fortuna ⁊ dn̄s quinte domus liber ab infortunijs ⁊ aspexerit mediū celi natus multos habe bit filios ⁊ viuent ac ibunt ad bonū. Et si fuerit contrariū: ꝯtrariū signi ficat. Aspice in omnib⁹ natiuitatib⁹ si inueneris luminaria infortunata nō habentia vllū aspectum: fortune natus habebit paucos filios. ¶ In sciendo tempus in quo habent̄ filij aspice ad planetā qui habuerit plu res dignitates in domo filiorū. si eū inueneris in parte orientali habe bit filios in iuuētute sua. si eum inueneris medio celi habebit eos ī me dio etatis sue. Et si in septima habebit eos in principio senectutis. Si ī quarta habebit eos circa finē vite sue. Similiter qn̄ annus ꝑuenerit ad signum in quo fuerit Jupiter uel venus in radice natiuitatis habebit fi liū in illo anno. Dicit haly abenragel si interrogatus fuerit ꝓ muliere si est pregnans aut nō aspice si dn̄m ascendentis ⁊ lunam ambos inuene ris in domo filiorū: aut si inueneris dn̄m domus filiorū in ascendente liberū ab infortunis: dicas ꝙ mulier illa pregnans. ⁊ si dn̄s ascendētis aut dominus domus filiorū dederit vim suā planeta existenti in angu lo. Et similiter si domin⁹ ascendentis receptus fuerit ⁊ recipiens ipsum receptus. dicas ꝙ est pregnans. Et si dominus ascendētis dederit vim suā planete cadenti ab angulo: significat ꝙ nō est pregnans.



Exta domus. Hic ponit significatiōes. 6ᵉ do mus. Dicit sexta dom⁹ signifi cat infirmitates ⁊ seruos ⁊ significat finē vite ⁊ qd futurū sit an̄ senectutē. Dixit anduzgaz ꝙ prim⁹ dn̄s triplicitat ī hui⁹ dom⁹ significat infirmitates ⁊ cōualescētias siue de teriorationes infirmitatū. 2⁹ significat vernaculos ⁊ huos ¶ Nota differentiā int̄ vernaculū ⁊ seruū. vernacul⁹ enī idē est qd famu lus ⁊ vocat̄ seru⁹ cōducticiu⁹. seru⁹ est q est cōditiōis seruilis. Unde dixit quidā versificator. Est probus hic verna cui nō est cara taberna. 3⁹ do minus triplicitatis sexte domus significat qd boni ul' mali eueniat sibi ex seruis ⁊ eorū vtilitatē atq3 opera. Et cum hoc est significator bestiaꝝ ⁊ pecorum ⁊ omniū quadrupediū que nō equitantur. ⁊ significat mul titudinem uel paucitatem ⁊ fortitudinem eorum ⁊ quantū manebunt

in manu eius τ qñ recedent a suis manibus. significat etiam carceres et retentiones. Dicit Ptolemeus in .60. ppositione centiloquij. Albohazan sane τ certe sunt hore in quibus declarant̃ mutationes morborũ ad bonũ uel ad malũ velociter fm loca lune in angulis quadrati cõclusi a circulo directo. Alterationes vo que pcedunt has τ indicãt sunt vera loca lune in angulis almutemõ. Que autẽ pcedunt has sunt loca lune in angulis habentib⁹. 16. latera. Et hoc postq̃ pcesserit esse egritudinis fm equalitatẽ τ nõ acciderit aliquid extrinsecus qđ cõturbet infirmũ. cum igit̃ inuenerimus hic fortunã tam de fixis q̃ de erraticis significabit alterationẽ psperam. Si vo infortunã alterationẽ aduersaʒ nisi fuerit egritudini ipsa infortuna contraria τ in suo haiʒ. Luna vo in his angulis significat morbos acutos τ sol plixos. Et similiter oĩs planeta fm pprias consuetudines. ❡ Haly in cõmento eiusdẽ dicit q Ptolemeus docuit nos causã dierũ determiabiliũ τ qd sint τ qñ determinentur de bono uel de malo τ alteratiões fm ordinem. Utilitas vo in hoc maior est medicis q̃ astrologis. τ hoc ideo qꝛ multi philosophi conueniũt sup determinationes dicẽtes q sunt alteratiões τ prelia inter naturam egri τ morbi acuti in q̃rta die τ septima die τ. 14ª die τ. 21ª τ que augent̃ fm hoc accepta solo auditu τ doctrina sine scĩa. τ nõ rationant̃ in hoc nisi p illud qđ preterijt de experimentis suis. Sed Ptoleme⁹ dixit causã eius τ patefecit vnde fiat. τ causa fm Ptolemeũ est qꝛ natura deuicta est a morbo in initio eius τ phibet eã ne pcedant eius opa fm equalitatẽ nec repugnat illa morbo in hora qua vincit̃: sed expectat ut sit luna in contrario loco illi in quo fuit in principio morbi: qꝛ tunc nõ erit vis humorũ qui mouent̃ in eo sicut fuit in principio morbi: tũc eñi incitatur ut repugnet illi sicut nõ agit prudens actor cum accusato insipiẽte cũ voluerit illi repugnare nisi cũ ei⁹ virtus debilitata fuerit τ i illo loco in quo careat auxiliatorib⁹. Et excitat illaʒ. s. naturã in q̃rto signo a signo in quo incepit egritudo τ luna existẽte in illo qꝛ ab oĩ signo q̃rtũ ɔtrariũ ẽ nature ei⁹: τ siliter septimũ: qꝛ hec loca. s. q̃rtus aspect⁹ τ opposit⁹ significãt iimicitias τ ɔrietates. Et tẽpus qđ ẽ inter initiũ morbi τ introitũ lune in gradu q̃drati in q̃ fuit in initio morbi p ascensiones signorũ in circulo directo τ piectiones radiorũ sunt septeʒ dies: τ eodẽ modo qđ est inter lunã i initio morbi τ ipsã in oppositiõe sũt. 14. dies: τ qđ est inter initiũ morbi τ q̃rtũ aspectũ secũdũ q ẽ ɔrius initio morbi sũt vigintivn⁹ dies. τ fm hunc modum procedit modus aliorũ dierũ. Et erunt hec puncta anguli quadrati quem includit linea circuli directi: τ illis punctis alia puncta sunt indicatiua: τ est ut perueniat

luna ad punctũ qui abscindit vnũquẽqȝ arcuȝ cui subtendiť latus de lateribus quadrati ꝑ mediũ. Et in his arcubus sunt latera figure habentis octo angulos. Et oĩa hec puncta contraria sunt punctis in quibꝰ incepit morbus ꝑ naturã. Igitur obseruet astrologus quid fuerit in his pũctis tã de stellis fixis q̃ȝ de erraticis siue fuerint fortune siue infortune. Et si fortune fuerint iudicet ꝙ significant victoriã nature super colera. infortune vͦo significant ꝙ colere supabunt naturã nisi fuerit infortuna contraria morbo ⁊ fortis in suo haiȝ. nõ eñi fortunabit lunã cum fuerit in suo haiȝ: sȝ remouebit morbuȝ ꝑ hoc quod est illi contraria ⁊ ꝑ hoc ꝙ infortuna est contraria morbo ut si fuerit frigida ⁊ morbus calidus ⁊ si fuerit calida ⁊ morbus frigidus ⁊ cũ his similibꝰ in specie diuersitatum. Et dicit ꝙ esse solis in morbis ꝓlixis sit sicut esse lune ĩ morbis acutis quorũ maius tempus erit orbis lune ⁊ in ꝓlixis orbis solis. Innuit etiã nobis Ptolemeus subtile quid: cũ diceret omnis stella fm ꝙ est illi de moribus. Docuit quippe nos ꝙ quicqd ĩmoderatũ est in nobis ⁊ fuerit in moribus quos in cõsuetudine nõ habemꝰ diciť ꝓ morbo. Et dixit iustum est hoc nisi accidat aliquid extrinsecus qd̃ disturbet ordinẽ determinationis. ⁊ locuti sunt de re que destruit determinationẽ hi qui exposuerũt librũ amphorisimorũ ypocratis: ⁊ ideo nõ necesse ẽ nobis recitare in hoc libro. Tota intentio Ptolemei ⁊ haly stat ĩ hoc ꝙ causa quare. 7. dies ⁊. 14. ⁊. 21. sunt dies creiici est: qꝛ luna in septima die ut frequenter venit ad quartũ aspectuȝ loci in quo fuit in principio morbi: ⁊ ut frequenter luna in. 14. die venit ad locũ oppositum. ⁊ in. 21. die ut frebuenter venit ad secundũ quartũ aspectũ. Ideo dicit haly cum voluerit astrologus iudicare de die cretica debet obseruare tempꝰ quo luna veniet ad quartũ aspectum loci in quo fuit in principio morbi ⁊ si tunc cõiungať cũ planetis beniuolis: uel aspiciat ipsos aspectu laudabili: uel si cõiungať uel aspiciat stellas fixas que sũt de natura fortunarũ significat ꝙ crisis erit ad bonũ. Et si cõiũgať uel aspiciat infortunas significat contrariũ nisi infortune fuerint contrarie materie morbi ⁊ cũ hoc fuerit infortuna in suo haiȝ: qꝛ tunc potest significare bonũ sȝ hoc est per accidens. Uerbi gratia: si egritudo sit flegmatica ⁊ luna aspiciat martẽ significat bonũ. Et qñ luna ꝑuenerit ad bonũ locum cui subtendiť latus octogoni in equatore erit dies indicatiua. Latus octogani sũt 45. gradus ⁊ est medietas aspectus quarti. ⁊ licet nõ sit aspectus habet tñ maiorẽ cõuenientiã cũ aspectu q̃ȝ alia loca. ⁊ iõ qñ luna in q̃rto aspectu debet cõiungi fortunis cũ in medietate illius loci ꝑuenerit iã natura sentit iuuamẽtũ ⁊ incipit insurgere contra materiã morbi digerẽdo

Ratio Dierũ Criticorum in Morbis.

ipsam: ɽ ideo tunc apparent signa digestionis in vrina. ɽ aliqñ fit crisis in quarta die. s. qñ luna inuenit ibi planetam fortunã ɽ tunc signa digestionis debent p̃cedere in tempore quo luna peruenerit ad locū cui subtendit latus. 16. angulorū ɽ hec est medietas octogoni. Sufficiant hec de causis dierū creticorū. Dicit Ptolemeus in. 70. ppositione centiloquij cum fuerit luna in oppositione solis mixta stellis nebulosis significat morbos insepabiles in oculis. Et similiter si fuerit occidentalis luna ɽ in angulo ɽ fuerint vtriq₃ mali occidentales ascendētes post lunã ɽ sol in angulo ɽ vtriq₃ mali ascendentes ante solē ɽ illi oppositi. s. vnus alteri perdet natus vtrūq₃ oculum. Dicit haly in cōmento eiusdē. maius impedimentū in duobus luminaribus est cum fuerint duo mali. i. saturnus ɽ mars ascendentes ante solem ɽ post lunã ɽ vnus eorū in oppositione alterius. ɽ sol significat oculum dextrū: luna vero sinistrū. Et ineuitabile est quin natus amittet vtrūq₃ oculū cū fuerit significator in eius natiuitate hoc modo. Stelle vero nebulose sūt he achoraye: caput geminorū ɽ locus in quo cadit aqua quã fūdit aquarius: gutte leonis ɽ alie que nō lucent. Dicit haly abenragel in rationibus huius domus primitus loqui volumus in hoc capitulo in occasionibus ɽ accidentibus que accidunt in spiritu ɽ sunt infirmitates spūs. Postmodum loquemur in his que accidūt in corpe ɽ sunt infirmitates corpis. Postea dicit dico q̄ demoniaci sunt illi qui nō habent in natiuitatibus suis mercuriū cum luna in aliquo aspectu: nullo eorū aspiciente ascendens: ɽ fortior in natiuitate sua si diurna fuerit q̄ sit saturnus ɽ si nocturna mars: ɽ quis eorū fuerit sit in angulis ɽ hec est natiuitas demonū. Qñ sol damnatus fuerit ab infortunis uel a domino domus infirmitatis ɽ fuerit sup terram in natiuitate diurna uel luna in tali damnatiōe sub terra in natiuitate nocturna accidet nato cecatio in oculo dextro. Et si hoc infortuniū solis fuerit sub terra in natiuitate nocturna uel sup terrã lune in natiuitate diurna istud damnū ɽ cecatio erit i oculo sinistro. Qñ sol ɽ luna fuerint ambo in sexta domo infortunati natus sine aliqua dubitatione cecabit. Qñ mercurius fuerit iunctus cū saturno uel in eius aspectu q̃rto uel opposito aut fuerit cadens ab angulo in loco vili ɽ infortunato aut cōbustus fuerit uel retrogradus aut peregrinus i signo muto natus ex quacunq₃ harū significationū erit lingua damnatus uel mutus. Qñ mercurius fuerit dñs sexte domus uel in oppositiōe saturni natus surdus erit Maior ɽ fortior significatio mutitatis est qñ dñs ascendentis ɽ dñs exaltionis sue ɽ dñs triplicitatis eius ɽ mercurius ɽ luna sint oēs in signis mutis. Qñ sol fuerit infortunatus uel damnatus sub terra significat damnationē stomachi. Et qñ luna fuerit damnata sub terra significat dam

natione pulmonis. Et si mars fuerit hoc modo: significat damnatione epatis. Et si saturnus hoc modo fuerit: significat damnatione splenis. Et si mercurius hoc modo fuerit: fellis dānatione significat. Dicit Ptolemeus in .89. ppositiōe centiloquij detestabili⁹ in significatione egrotantis est ut sit significator interrogatiōis ingrediens sub radijs uel sit pars fortune infortunata. Dicit haly abenragel in questionib⁹ hui⁹ domus si queret a te pro aliquo infirmo vtrū sanabitur aut nō: aspice lunam ⁊ solem ⁊ almutez ascendētis ⁊ si fuerint liberi ab infortunis ⁊ nō habuerint aspectū cum dn̄o domus mortis. dic q̄ euadet ab illa infirmitate. Et si duo eorū fuerint sicut diximus similiter euadet. Et si luna ⁊ almutez ascendentis ⁊ maxime si ipsa fuerit domina tēporis.i. si questio fuerit nocturna habebunt aspectū cū domino domus mortis non poterit liberari a morte. Et qualibet vice qua aliquis significatorū applicuerit infortune fortificabit infirmitas quousq̄ sepetur ab eo. Tempus mortis erit qn̄ almutez ascendentis aut luna se cōiunxerit cū dn̄o domus mortis aut cuz infortuna q̄ ipsam infortunauit aut q̄ applicet ad quartū uel oppositum aspectum eius.



Septima domus.

Hic ponit significatiōes septime domus. Et dicit q̄ septima domus significat mulieres ⁊ nuptias ⁊ contiones ⁊ oppositiōes. Anduzgaz dixit q̄ primus dn̄s triplicitatis septime domus significat mulieres. 2⁹ significat contentiōes. 3⁹ pticipatiōes ⁊ cōmixtiōes. Dicit Ptolemeus in rōnib⁹ hui⁹ dom⁹ cōuenit ut aspiciam⁹ in cōiugio virorū statū lune hora natiuitatis viri ita q̄ primo aspiciam⁹ ad lunā si fuerit in duab⁹ q̄rtis orientalib⁹ erit coniugiū viri in sua pueritia aut copulabit cū puella postq̄ dies intrauerit. Et si fuerit in duab⁹ q̄rtis occidentalib⁹ cōiugiū erit tardū aut copulabit cū vetula. Et si luna fuerit sub radijs ⁊ pticipata fuerit cum saturno nunq̄ copulabit. Et si applicuerit saturno copulabit cū muliere laboriosa ⁊ praua. Et si applicuerit Joui erit mulier abstinētie bone ⁊ boni ornamēti. Et applicuerit marti: erit audax ⁊ supba. Et si applicuerit veneri erit pulchra leta ⁊ bone receptiōis. Et applicuerit mercurio: erit bona intelligens ⁊ bonoꝝ verborū. Et cōuenit ut aspiciamus coniugiū mulieruz a statu solis hora sue natiuitatis ita q̄ si fuerit sol in duab⁹ quartis orientalib⁹ cōiugiū mulieris habentis talē natiuitatē: erit in sua pueritia uel copulabit puero postq̄ i dies pcesserit. Et si fuerit in duabus quartis occidētalibus: copulabitur tarde aut vetulo postq̄ in dies processerit. Et si sol fuerit participatus cuz saturno erit maritus bone legis amator laboris. Et si habuerit partici-

pationem cum Joue erit abstinentie bone nobilis cordis. Si cum marte erit fortis cordis sine vllo amore. Si cum venere erit limpidus. Si cum mercurio erit profectuosus in suis factis ꝛ factor multarū rerū. Dicit haly abenragel in questionibus hui⁹ domus. Si quis a te quesierit pro cōiugio si erit uel nō aspice ascendens ꝛ eius dominū ꝛ lunam ꝛ planetam a quo separatur ꝛ da hos ꝓ significatoribus querentis ꝛ septimam domū ꝛ eius dominū ꝛ planetaꝫ cui applicuerit luna ꝓ significatoribus illius ꝓ quo queritur. ꝛ si querens fuerit masculus cōiunge solē cum significatoribus suis ꝛ fac eum participē in significatione. ꝛ si querens fuerit mulier da sibi venerē ꝛ fac eam participē in significatione. postmodū aspicias cuiusmodi applicationem habeat dominus ascendentis uel luna cum dn̄o septime domus ꝛ cuiusmodi applicationē habeat planeta a quo separatur luna cū planeta cui applicat. uel venus cuꝫ sole. Unde si dn̄s ascendentis uel luna applicuerit domino septime domus uel planeta a quo separatur luna planete cui applicat. uel fuerit dominus ascendentis uel luna in septima domo significat ꝙ querens habebit rem quesitā tn̄ cuꝫ petitionibus ꝛ ꝓcibus multis. Et si applicatio fuerit de quarto uel oppositione significat ꝙ res ista erit tn̄ cum tarditate ꝛ labore ꝛ pena. Sed si dominus septime domus applicuerit dn̄o ascendētis uel planeta cui applicat luna planete a quo ipsa separatur uel fuerit domin⁹ septime in ascendente res illa leuiter fiet ꝛ cū magna voluntate mulieris ꝛ sue partis: maxime si applicatio illa fuerit de tertio sextili. Et si nō inueneris aliquā applicationē inter significatores significat ꝙ res nō erit. Si aliquis querat a te si nocte illa cōplebit voluntatem suā cum muliere uel nō aspice si inueneris in questione venerē aspicientem ascendēs. dic ꝙ questio sua complebit̄ illa nocte. Et si questio fuerit si habuerit rem cū muliere illa nocte preterita uel nō iudica hoc eodem modo nec plus nec minus. Si querat̄ a te pro aliqua muliere si est virgo uel nō aspice ascendens ꝛ dominū eius ꝛ lunam ꝛ si eos inueneris in signis fixis. dic ꝙ est virgo salua ab oī labe limpida. Et si fuerit in signis cōmunib⁹ uel mobilib⁹. dic ꝙ est mulier ꝛ habet uel habuit maritum. Et si questio fuerit pro puella que dicit se virginem. dic ꝙ est corrupta ꝛ ꝙ habuit aliquis rem cum ea. Si querat̄ a te pro aliqua muliere quot maritos habebit aspice a domio decime vsqꝫ ad gradū martis ꝛ quot planetas inueneris inter eos tot maritos habebit. Et si mars fuerit in septima domo aspicias a marte vsqꝫ ad Jouē hoc eodē modo ꝛ iudica ſm id ꝛ certificabis cum deo.



Ctaua domus. Hic ponit significationes octaue dom⁹. Et dicit ꝙ octaua domus est domus mortis ⁊ timoris ⁊ significat hereditates mortuorū quas heredes debent possidere post mortē. ⁊ significat finē annorū vite post senectutē. Dicit Anduzgaz primus dn̄s triplicitatis hui⁹ domus significat timorē. 2⁹ significat ꝓcepta ⁊ res antiquas. 3⁹ significat hereditates mortuorū. Dicit Ptolemeus cōuenit ut inspicias ad statū gradus interficientis quis planetarū sit ibi uel aspiciat ipsū: ⁊ ſm naturaz illius erit iudiciū de morte: ita ꝙ si saturnus fuerit dn̄s mortis accidet ꝑpter infirmitates longas; ꝑpter ptisim. s. ⁊ reumata ⁊ ꝑpter defectū nature ⁊ cetera talia. Et si Jupiter fuerit dn̄s mortis erit mors ꝑpter apostemata gule ⁊ pulmonis ⁊ cetera huiusmodi. Et si fuerit mars erit mors ꝑpter febres cōtinuas ⁊ acutas. Et si fuerit venus accidet mors ꝑpter infirmitatem stomachi ⁊ epatis ⁊ cordis ⁊ ꝑ fluxū sanguinis ⁊ apostemata euntia ꝑ corpus ⁊ fistulas. Et si fuerit mercurius erit mors ꝑpter epilentiā ⁊ ꝑpter stulticiā ⁊ amissionē sensus. ¶ Haly dicit in cōmento. 18. ꝓpositionis q̈rte ꝑtis. Ptolemeus diuisit nobis mortē i duas maneries: vna est ꝓueniens ex infirmitatibus. Alia est ꝓueniens a re in qua nō habet phisicus quid videre sicut qui morit̄ gladio: lancea: casu: igne ⁊ morsu bestie ⁊ fere uel aque submersione ⁊ alijs multis occasionib⁹. Et qn̄ planete gubernatores salui fuerint ab infortunis ⁊ in suis met dignitatib⁹ ⁊ potētes ⁊ qn̄ suꝑ eos nullus planeta ꝯtrarius eleuat̄ tūc accidet mors ꝑpter infirmitates. Alia autē mors accidit qn̄ planete fuerit infortunati uel debiles uel in dignitatib⁹ alienis eis cōtrarijs aut planete ꝯtrarij eleuati fuerint suꝑ eos. ¶ Narrare autē oēs maneries quibus cōtingit mors esset hic nimis longū ⁊ qui voluerit hoc inueniet in q̈rta ꝑte quadripartiti Ptolemei. Dicit Ptolemeus in. 74ª ꝓpositione centiloquij. Cū fuerit mars corꝑaliter iunct⁹ capiti algol ⁊ nō aspexerit luna ascendentē nec fuerit fortuna in. 8ª domo ⁊ dn̄s anauba luminariū opposit⁹ fuerit marti uel i ei⁹ aspectu quarto nati caput trūcabit̄. Qd̄ si luminare fuerit in medio celi suspendet̄. Et si fuerint mali aspicientes a geminis ⁊ pisce abscindent̄ ei manus ⁊ pedes. Dicit haly in cōmento qn̄ fortuna fuerit i domo octaua ꝓhibet malā mortē. Audiui siquidē a quodā qui erat cuz filio haly valde animoso in mari qui cū vellet ingredi mare nimis tumultuosū ventis vndas agitantib⁹ ipsū increpasset dixit. non timeo mihi mortē in mari. Jupiter enim fuit in natiuitate mea in domo mortis ⁊ orientalis qui ꝓhibet mihi malā mortez. ⁊ vidi inquit in lecto

illum mori. Accidit etiã mihi ut quidam seruiens ostenderet mihi natiuitatẽ filij domini sui ꝛ inueni solem in medio celi: ꝛ ipse erat dominus anauba ꝛ ylech ꝛ martẽ in q̃rto aspectu eius ꝛ saturnuȝ in angulo terre eius ascendens piscis. vnde exterritus distuli dare iudiciũ dicens: oportet ut anteq̃ȝ iudicẽ compleant̃ dies nutritionis. Cũ autẽ de puero valde solicitarẽ circa inuestigationẽ motuũ uel morũ suorũ nihil intellexi vnde sibi timerẽ truncationẽ manuũ ꝛ pedum ꝛ infurcationẽ cum esset mansuetus ꝛ verecund⁹. Cũq̃ȝ peruenisset ad .30. annos ingressi sunt quidã domũ eius fugientes eo ꝙ accusati erant de dolo sup eũ qui preerat vrbi ꝛ deprehensi fuerant in domo illa ꝛ ipse cũ eis amisit manus ꝛ pedes ꝛ infurcatus est: ꝛ ego vidi euȝ absq̃ȝ manibus ꝛ pedibus infurcatum. Dicit Ptolemeus in .59. ꝓpositione centiloquij cũ interrogatus fueris de absente nõ iudices de eo mortẽ donec remoueas ebrietatem ab eo: nec vulneratũ donec tollas sanguinis minutionẽ: nec substantiã acquisitam donec pecuniã sibi cõmissam remoueas: est eni in his oib⁹ idem iudiciũ. Dicit haly in cõmento ibidem. qui tractat de iudicijs iudicat p formas que sunt ꝑpe veritatem: iõ nõ inuenit̃ in fortitudine iudiciorũ partitio inter sopitũ ꝛ mortuũ: ꝛ inter vulneratũ ꝛ minutũ: nec inter illũ cui cõmissa est pecunia: ꝛ illum qui acquisiuit illam. Audiui siquidẽ a patre meo cui deus parcat ꝙ cũ ipse fuisset cũ his qui se abscõderunt a facie impatoris cũ abraham filio almothedi ꝙ quottidie visitabat eum occulte albasten filius abrahe astrologus: qui p̃cepit ut afferret conchã eneam magnã aqua plenam in qua ponens scabellũ cõsuluit ei ut desuper sederet in maiori parte diei: ꝛ hoc ideo p̃cepit ut faceret errare astrologos impatores in esse absconditoruȝ: ꝛ cũ impator quereret ab astrologis suis vbi ille esset: dixerunt ꝙ esset in medio maris. Dicit haly abenragel quando mars fuerit in octaua domo damnificans dominũ octaue domus mors nati erit ex ferro: Et si saturn⁹ fuerit in octaua domo damnificans dominum octaue domus mors nati erit ꝑpter carcerẽ ꝛ penas. Qñ luna fuerit in octaua domo cum cauda draconis significat ꝙ mors nati est ꝑpter secessum uel medicinã laxatiuã. Qñ mercurius fuerit in octaua domo cũ cauda significat ꝙ mors nati erit ꝑpter mala opera aut ꝑpter toxicũ aut facta nigromantie. Qñ gradus occidentis ꝛ eius domin⁹ ambo damnati fuerint nato significant malã mortẽ. Qñ sol fuerit damnatus ĩ natiuitate diurna uel luna in nocturna significãt illud idẽ. Qñ significatores damnati fuerint sup terrã manifestã mortẽ significant ꝛ patentẽ. Et qñ damnati fuerint sub terra mors erit abscondita ꝛ occulta. Qñ aliqua infortunarũ fuerit in

octaua domo uel iuncta domino octaue domus significat fortē ꝛ malam mortē. Et si aliqua fortunarū fuerit in octaua domo uel iūcta dn̄o octaue domus significat bonā ꝛ pulchrā mortē. Et si iupiter uel venus fuerit in hac domo fortis ꝛ liber a radijs infortunarū natus erit fortunatus ꝛ laudatus ꝛ viuet annis. 73. ꝛ forte plus.



Ona domus. Hic ponit significatiōes none domus. Dicit ꝙ nona dom⁹ significat peregrinatiōes ꝛ longa itinera ꝛ significat epistolas ꝛ legatos ꝛ rumores atq; somnia. Dixit anduzgaz ꝙ prim⁹ dn̄s triplicitatis hui⁹ domus significat pegrinationes ꝛ omne qđ ei accidit in peregrinationib⁹. 2⁹ significat fidem ac religionē. 3⁹ significat sapientiā ꝛ somnia. Dicit haly aben ragel in rationib⁹ hui⁹ domus aspice in itineribus nati primitus a dn̄o triplicitatis domus itineris: qm̄ qn̄ dn̄s triplicitatis domus itineris primus fuerit in bono statu ꝛ fortis fortunatus ꝛ receptus significat ꝙ natus ibi ꝑ itinera ꝛ mouebit se de vno loco ad aliū ꝛ erit fortunat⁹ in itineribus suis. Et si fuerit in diuerso statu ab eo qđ diximus habebit impedimenta ꝛ grauamina in itinerib⁹ ꝛ motibus suis ꝛ erit vilipensus i eis ꝛ extrahet ꝛ expellet̄ de terra ꝛ loco suo nec ī suis itineribus aliquā vtilitatē uel lucrū habebit. Et si dominus triplicitatis dom⁹ itineris. 2⁹ fuerit in bono statu fortunat⁹ ꝛ receptus natus erit bone legis religiosus ꝛ custos legis. Et si fuerit in diuerso statu erit male legis noīabitur malus ꝛ de malis operib⁹ ꝛ incredulus. Et si dn̄s triplicitatis terti⁹ fuerit in bono statu natus erit veridicorū somniorū ꝛ quicquid videbit in somnijs veridicū erit nec mentietur. Dicit idem haly scias ꝙ mercurius habet posse ac significationē ꝓpriam ī causa legis ꝛ legalitatis sepatim ab alijs planetis. Et scias ꝙ qn̄ fuerit in domo saturni uel ī aspectu ei⁹ natus erit ꝓfundarū cogitationū firmus in credulitate: laudat res alterius mūdi magis q̄ istius ꝛ credit eas ac multū cogitat in illis ꝛ amat eas: ꝛ tenet ꝙ res illius mundi sint meliores q̄ isti⁹. abhorret ludos ioculationes ꝛ solatia: humilis ꝛ patiens laboris ac indigentie maxime si fortune cadentes fuerint nō aspicientes ascendens. Et si mercuri⁹ fuerit in domo Jouis uel in eius aspectu natus erit boni nominis bone legis ꝛ legalitatis ꝛ legis in q̄ fuerit obseruator. Et si fuerit in domo martis uel in eius aspectu ꝛ fuerit idem aspectus de quarto uel oppositione natus erit homicida irascibilis malefactor male legis ꝛ vilipendet legē suam.


Ecima domus. Hic ponit significationes decime domus. Dicit ꝙ decima domus est domus regni ⁊ sublimatiōis ⁊ exaltationis memorie ⁊ vocis in imperando ⁊ magisteriorum atq3 matrū. Et significat dimidiū annoꝝ vite. Dicit anduzgaz dñs triplicitatis decime. Primus significat opus nati ⁊ exaltationē suā ⁊ sedis sublimationē. 2ᵘˢ significat vocem imperij ⁊ audaciam in imperando. 3ᵘˢ significat stabilitatē atq3 durabilitatem eius .i. quantū durabit in dñatione sua. Dicit Ptolemeus in .15. ꝓpositiōe centiloquij. Ascendentia inimicorū regni ab eiusdē ascendente cadentia sunt ⁊ ascendentia dominantiū in illo angulo eiꝰ. Ascendentia vo ministrantiū succedentia angulis. Ciuitatū autē ascendentia in earū edificationibus iudicant oīa que in eis occidēt. Que vo ascendentia sunt in regū ordinationibꝰ quarūdam ciuitatū ꝓnunciant oīa que sub eorū regno fient. ⁊ ascendens apparitionis alicuiꝰ secte in illis .s. ciuitatibꝰ demōstrat quicqd sub illa secta futurū ē in ipsis ciuitatibꝰ. Dicit ibi haly i cōmento ꝙ signa cadentia sunt quorū nullus est angulus uel post angulū ⁊ sunt quattuor .s. 12ᵐ tertiū sextū ⁊ nonū ab ascendente. Et dicit ꝙ notū est oī astrologo ꝙ cū fuerit ascendens natiuitatis aut aliquis angulus eius ascendens aut aliquis angulorū inceptionis regni fueritq3 natiuitas alicuiꝰ cui regnū cōgruat ꝑficiet ei regnū in illo regno: eritq3 ei in illo honor ⁊ nō in alio. Quippe reges antiqui omniū nascentiū in regnis suis natiuitates obseruabant: ⁊ cuiuscūq3 ascendens deprehendebant domū inimicorū regni uel sextū uel tertiū uel nonū interficiebant ipsum puerū qr regnū ipsius esset contra regnū eoꝝ. Et paucis interpositis dicit ꝙ ascendens alicuiꝰ ciuitatis est signū cuiꝰ ascensione incipit quis collocare primū lapidē in illa. Ascendens secte est ascendēs signū in tpe quo illa secta incipit ꝓualere sup aliā sectā ⁊ susceperunt eā imorantes: ⁊ illud significat quantū durabit ⁊ quicqd accidet in illa ꝙ̄diu durauerit. Dicit haly abenragel qn̄ signū medij celi fuerit ex signis igneis maxime si fuerit leo uel aries ⁊ sol in eo: ⁊ pars regis fuerit ibi in aspectu fortunarū natus sine ulla dubitatione rex erit.


Ndecima domus. Hic ponit significationes vndecime domus Dicit ꝙ vndecima domꝰ est domꝰ fortune ⁊ fiducie atq3 laudis ⁊ amicorū ⁊ ministrorū ⁊ auxiliatorū: ⁊ significat postremā medietatē medie vite. Dixit Anduzgaz ꝙ dñs triplicitatis domus fiducie primus significat fiduciam.

Secũdus significat amicos. Tertius significat vtilitates seu ꝑfectus eorũ. Dicit Ptolemeus in. 39. ꝓpositione centiloquij: esse malũ vndecime domus ⁊ eius dñi in intronizatiõe regum significat quid accidet in cõsiliatoꝛibꝰ suis ⁊ eius substantia de malo: ⁊ eodẽ modo erit malũ esse secunde significans ꝙ modicũ adipiscet̃ populus cũ illo rege. Dicit haly ĩ cõmento. Astrologi cõuenerũt sup̱ hoc ꝙ domus decima in omni oꝛdinatione regũ est locus eius: ⁊ vndecima auxiliatoꝛũ eius ⁊ eiꝰ substantie ⁊ ascendens est populi: ⁊ secũda substãtie populi: ⁊ iõ impedit vndecima cõsiliatores ⁊. 2ª substantiã populi. Dicit haly abenragel in rationibus huiꝰ domus. Aspice ad dñm triplicitatis huiꝰ domus pꝛimũ. si inueneris eũ receptũ fortunatũ ⁊ foꝛtem iudica ꝙ natus habebit amicos multos lucra vtilitatẽ ⁊ bonũ ꝑ eis. Et si fuerit infoꝛtunatus ⁊ damnatꝰ natus erit solitarius ab hoĩbus nõ habẽs amicitiã cum aliquo ⁊ retrahet ⁊ elongabit se ab illis qui ꝓcurant amoꝛem ⁊ societatem ipsius. Et si dominus triplicitatis ipsius domus. 2ꝰ fuerit foꝛtis foꝛtunatus ⁊ receptus erit foꝛtunatꝰ honoꝛatus ⁊ diues abundans in bono statu ⁊ bone vite. Et si fuerit ab hoc statu diuersus erit laboꝛiosus ⁊ indigens ac pauꝑtatis ⁊ miserie manifeste. Et si dñs triplicitatis ipsius domꝰ tertiꝰ fuerit foꝛtunatꝰ foꝛtis ac ĩ bono statu natus habebit filios remansuros post euȝ in bono statu ⁊ diuitijs ⁊ foꝛtuna sua. Et si fuerit infoꝛtunatus debilis ⁊ cadẽs ac ĩ malo statu natꝰ nõ habebit filiũ qui post eũ remaneat nec heredem sue generationis. Et scias ꝙ melioꝛ status q̃ꝫ esse possit in amicoꝛũ causa est ut dominus ascendentis sit receptus a dño vndecime domus eodem dño vndecime domus existente foꝛtuna ⁊ ĩ bono statu: qm̃ qñ sic fuerit habebit amoꝛẽ ⁊ cõueniẽtiã cũ socijs ⁊ amicis



Dodecima domus.

Hic ponit significationes. 12ᵉ domꝰ Et dicit ꝙ. 12ª domus significat inimicos ⁊ laboꝛes tristiciã atq̧ inuidias ⁊ susurrationes ⁊ ingenia atq̧ bestias que equitant̃ ⁊ significat finẽ vite ⁊ quid cõtinget mulieribus in impregnatiõe. Dicit Anduzgaȝ ꝙ pꝛimꝰ dñs triplicitatis huius domus significat inimicos. 2ꝰ significat laboꝛes. 3ꝰ bestias magnas: ⁊ imponit finẽ dictis dicens hoc est ꝙ significat. 12. domus. Dicit haly abenragel in iudicijs huiꝰ domus. Aspice pꝛimitus ad dñm triplicitatis huiꝰ domus pꝛimũ ⁊ si inueneris eũ foꝛtunatũ foꝛtem ⁊ altũ iudica ꝙ inimici nati appodiabũt eo sup̱ eũ ⁊ de se faciẽt quicq̈d voluerint. Et si fuerit cadẽs dãnatus ⁊ cõbustꝰ ⁊ peregrinꝰ natꝰ appodiabit se sup̱ iimicos suos ⁊ ipsi impedient̃ ⁊ accidet eis malũ qd̃ credebãt

facere nato. Et si dñs triplicitatis secũdus hui⁹ domus fuerit fortunat⁹ natus habebit modicas tristicias ꝛ anxietates. Et si fuerit i diuerso statu erit multarũ impietatũ ꝛ tristiciarũ ꝛ accident ei labores ꝛ impedimenta ꝛ damna magna in eo qđ habet ꝛ in corpore suo. Et si dñs triplicitatis hui⁹ dom⁹ tertius fuerit fortunat⁹ natus erit dialectic⁹ ꝛ eloquentie bone ꝛ felix in rationib⁹ ꝛ causis suis ꝛ contra quẽlibet aduersantem sibi ꝓsperabit. Et si fuerit i diuerso statu erit debilis rõnis ac loquele impedite: nõ habebit ius de aduersarijs ꝛ suis malefactorib⁹.

Significãt et duodecim dom⁹ colores. Hic ponit significatiões. 12. domoꝝ quãtũ ad colores. Et dicit ꝙ prima domus ꝛ 7ᵃ sũt albe. 2ᵃ ꝛ. 12ᵃ virides. ꝛ. 3ᵃ ꝛ. 11ᵃ sũt crocee. ꝛ. 4ᵃ ꝛ. 10ᵃ sũt rubee. 5ᵃ ꝛ. 9ᵃ sũt habẽtes colorẽ mellis. 6ᵃ ꝛ. 8ᵃ sũt nigre Postea dicit ꝙ qlibet planetarũ habet in aliq̃ istarũ domorũ quandaꝫ potestatẽ accidẽtalẽ que vocaꝉ gaudiũ. Mercurius eni gaudet in ascendente. luna gaudet in. 3ᵃ domo. venus in. 5ᵃ. mars in. 6ᵃ sol in. 9ᵃ Jupiter in. 11ᵃ saturnus in. 12ᵃ Deinde dicit ꝙ anguli significant fortitudinẽ ꝛ ꝑfectionẽ. Cadẽtes vo ab angulis significãt debilitatẽ ꝛ detrimentuꝫ excepto ꝙ. 9ᵃ domus ꝛ. 3ᵃ significãt rem apertã ꝛ detectã cũ fama: ꝛ hoc iõ q2 sunt gaudia luminariũ sicut iã dicebaꝉ ꝙ sol gaudet in. 9ᵃ ꝛ luna i 3ᵃ. Et. 12ᵃ domus ꝛ. 6ᵃ significãt occultationẽ ꝛ vilitatẽ rerũ. Postea dicit ꝙ anguli. s. prima dom⁹ ꝛ. 10ᵃ ꝛ. 7ᵃ ꝛ. 4ᵃ ꝛ dñi ipsorũ angulorũ significant magnitudinẽ honoris ꝛ fortune ꝛ elongationẽ a casu ꝛ infortunio Et pñtia dñorũ angulorũ in cadentib⁹ ab angulis significat infortuniũ ꝛ dedecus ꝛ casum. Et. 11ᵃ domus que succedit decime ꝛ ei⁹ dñs significant fortunã mediã. i. significant fortunã sꝫ nõ tantã quantã. 10ᵃ. Et. 5ᵃ domus q̃ succedit q̃rte significat fortunã mediã ꝑ donationes ꝛ causas filiorũ. Et. 2ᵃ domus ꝛ ei⁹ dñs significãt fortunã mediã ex causa substãtie ministroꝝ ꝛ auxiliatorũ. Et. 8ᵃ domus ꝛ ei⁹ dñs significãt fortunam mediã ex substãtia que hereditaꝉ a mortuis ꝛ a rebus occultis. Postea ponit significatiões dñoꝝ angulorũ cuꝫ fuerint pñtes in ipsis angulis. Et dicit ꝙ pñtia dñi ascendentis in ascendente significat eius fortunaꝫ ꝑ semetipsũ ꝛ ꝑ ꝓpriam acquisitionẽ. Et si fuerit in. 7ᵃ significat acquisitionẽ ꝑ cõuentiones ꝛ vxores. Et si fuerit in. 10ᵃ significat acquisitioneꝫ ꝑ magisteria. Et si fuerit in quarta significat acquisitionẽ ꝑ hereditates ꝛ ex causa patrũ ꝛ ꝑ productionẽ aquarũ ꝛ populationẽ terrarũ ꝛ ex rebus antiquis ꝛ radicalib⁹. alia littera habet eradicalib⁹. Presentia vo

dñi decime in .10ª domo significat fortunā ꝑ regem ⁊ regnū magnū ⁊ ꝑ magisteria alta. Et si fuerit in .7ª significat regnū ꝑ victoriā cōtentionū ⁊ ꝑ causas vxorū. Et si fuerit in quarta significat regnuꝫ ꝑ causas ministrorū regis ⁊ ꝑ cultus terrarū ⁊ ꝑ edificationes ciuitatum ⁊ diuisiones fluminū ⁊ per custodias ciuitatū ⁊ ex rebus antiquis. Et si fuerit in ascēdente significat regnum ꝑ ingenia ⁊ ꝓpinquitatem regis ex rebus vulgi. Presentia domini septime domus in septima domo significat fortunam ꝑ negociationes ⁊ ꝑ cōuentiones ⁊ cōmendationes .i. depositiones ⁊ ꝑ mulieres ⁊ ꝑ satores. Et si fuerit in quarta significat fortunā per cōuentiones ⁊ negociationes ⁊ per causas patrū ⁊ hereditatū ⁊ cultus terre. Et si fuerit in ascendente significat fortunam per conuentiones ⁊ negociatiōes ⁊ ꝑ causas medicine ⁊ astronomie ⁊ ꝑ opa spiritualia atqꝫ ingenia ⁊ cetera similia. Et si fuerit presens in decima significat fortunā ꝑ cōuentiones ⁊ negociationes ⁊ vxores ⁊ ꝑ causas regni. Presentia vo domini quarte domus in quarta domo significat fortunam ex fructu ⁊ ꝑ causas patrum atqꝫ ꝑ res antiquas. Et si fuerit presens in ascendente significat fortunam ex cultu terre ⁊ fructu ꝑ profunditatē consilij ⁊ ingeniū: ⁊ si fuerit presens in decima domo significat ꝑfectum ex cultu terre ⁊ fructu ꝑ causas regum ⁊ magisteriorꝫ. Et si fuerit presens in septima domo significat fortunam ex cultu terre ⁊ fructu ⁊ ex parte mulierū ⁊ per causas vxorum ⁊ satoruꝫ ⁊ per negociationes. Deinde dicit hec que diximus significant domini angulorū quando fuerint presentes in ipsis angulis. Et sicut dictuꝫ est de angulis ita intelligas de alijs domibus suo modo fm naturam scilicet cuiuslibet domus: ⁊ dicit ꝙ iō introduxit dominos angulorū ut sint exemplar in alijs domibus.


Et cū volueris scire planetam dominatorē. Hic auctor docet eligere significatorē: ⁊ potest diuidi in duas partes: quoniā in prima parte facit quod dictū est. In secunda parte ponit exemplū ibi. verbi gratia. Sententia auctoris est ista ꝙ in cognoscēdo significatorem rei debemus aspicere ad duo. primo debemus aspicere ad domuꝫ in qua est natura illius rei cuius querimus significatorē. Secūdo debem⁹ aspicere ad planetā qui de sui natura significat illā rē: verbi grā: si q̄stio fiat ꝓ substātia debem⁹ aspicere ad secūdā domū q̄ ē dom⁹ sube ⁊ cū hoc debem⁹ aspicē ad iouē q signt de ꝓpria nā substantiā. Et si q̄stio fiat de muliere debem⁹ aspicere ad septimā domū q̄ ē domus mulierū ⁊ cum hoc debemus aspicere ad

venerē que de ꝓpria natura est significatrix mulierū: ⁊ sic de alijs s̄m ꝓprias naturas domorū ⁊ planetarū. Est tamen intelligendū ꝙ planetā quem eligimus ex pte domus debemus tenere ꝑ significatore principali. Et planetā qui significat naturam rei debemus facere ꝑticipem in significatione. Est ergo sententia littere: cū volueris scire planetā dn̄atorem siue significatorem rei aspice quis planetarū habeat plures fortitudines in domo rei quesite ex fortitudinibus dictis in capitulo de fortitudinibus ⁊ dignitatibꝰ ipsorū. Et ille qui abundat in numero fortitudinū ille est dn̄ator siue significator. Et est intelligendū ꝙ in interrogationibꝰ ascendens siue prima domus semꝑ attribuit̄ querenti: ⁊ planeta abundans in numero fortitudinū in domo illius rei de qua fit questio est significator rei quesite. Auctor ponit exemplū in lrā. Et dicit si interrogatus fueris de substantia ⁊ volueris scire quis planetarum sit dn̄ator siue significator eius ⁊ fuerit secunda domus que est domꝰ substantie. 5ꝰ gradus arietis: qꝛ aries est domꝰ martis habet ibi mars qnqꝫ fortitudines. Et est exaltatio solis ⁊ iō sol habet quattuor fortitudines ratione illiꝰ. Et est etiā solis triplicitas ⁊ ratiōe illius habet ibi tres fortitudines: ⁊ est terminus Iouis ⁊ ratione illius habet ibi duas fortitudines: ⁊ facies martis ⁊ ratione illius habet ibi vnā fortitudinem. Sol igit̄ habet ibi. 7. fortitudines ⁊ mars sex ⁊ Jupiter duas. patet ergo ꝙ sol habet ibi plures fortitudines. Et talis planeta .s. habens plures fortitudines vocat̄ almutaz .i. vincens. ergo sol in tali figura esset significator substantie ⁊ eodem modo faciendū est de alijs.

De potestatibus quoqꝫ planetarū accidentalibus.

Ista ps cōtinuat̄ sic. Prius auctor determinauit de dignitatibꝰ planetarū essentialibꝰ. Hic determinat de dignitatibꝰ ipsorū accidentalibꝰ: ⁊ expedit se breuissime dicens: ꝙ est vna dignitas accidentalis planetarū que vocatur haiz ⁊ est hec ut planeta diurnus sit in die super terrā ⁊ in nocte sub terra. Et planeta nocturnus sit in nocte suꝑ terram ⁊ in die sub terra Et etiam si sit planeta masculinus ꝙ sit in signo masculino ⁊ femininꝰ in signo feminino tunc dicit̄ planeta esse in suo haiz .i. in sua similitudine: ⁊ erit tunc fortitudo sua sicut fortitudo viri in loco sui ꝓfectus ⁊ lucri atqꝫ fortune. Et sic cōpleta est expositio prime differentie alchabicij introductorij ad magisterium iudiciorū astrorū. ¶ Quidam homo interrogauit de quodā absente vtrū esset mortuus uel viuus ⁊ fuit ascen-

dens questionis. 20. gradus leonis & incidit talis figura.



Aspexi in hac questione & dedi ascendẽs & eius dominũ & lunã absenti pro quo facta fuit questio. aspexi & inueni dominũ ascendentis in medio celi: propter qđ videbat̃ prima facie q̃ viueret in ꝓsperitate: sꝫ quia inueni saturnum in angulo orientis ꝓpe angulũ infra duos gradus dubitaui de vita illi⁹ specialiter: qꝛ ibidẽ infortunauit partẽ fortune. deinde aspexi ad domũ mortis & inueni venerẽ fortiorẽ ibidem. i. in domo mortis plura habere testimonia qꝛ exaltationẽ & triplicitatẽ. aspexi ad locũ eius in figura & qualiter se haberet ad ascendens & ad dñm ascendentis & ad lunã & inueni eã aspicientẽ ascendens aspectu quarto & saturnũ ibidem existentẽ eodẽ aspectu, ꝓpter qđ magis dubitaui de vita. Deinde aspexi ad lunaꝫ & iuneni eã oppressam sub radijs solis hoc fuit vnũ signum mortis. Inueni etiã lunã separatam a venere euntẽ ad con-

iunctionē dñi ascendentis ⁊ transtulit naturam dñi domus mortis ad dñm ascendentis. Hoc fuit certi⁹ signū mortis. Ex his collegi q̄ homo ille ꝓ quo facta fuit questio esset mortuus: inuentūq; est ita. Et q: saturnus existens ī ascendēte fuit dñs septime dom⁹ significator vxoris illi⁹ ꝓ quo facta fuit questio ⁊ venus significatrix mortis aspexit eū significabat hoc q̄ forte interfector cōmiserat fornicationē cū vxore illius pro quo questio facta fuit.



Differētia secūda i naturis septē planetaꝝ.

Ista est secūda differētia hui⁹ libri ī qua auctor determinat de naturis septē planetarū. Et pōt diuidi in q̄ttuor ptes: qm̄ primo determinat de naturis ⁊ ꝓprietatibus septē planetarū. 2° determinat de ordine seu principatu planetarū in cōceptionib⁹. 3° de natura capitꝭ ⁊ caude draconis. 4° determinat de ordine planetarū in dño dierū ⁊ horarū. 2ª pars incipit ibi: de ordine vero planetarū. Tertia ibi: caput draconis. Quarta ibi: si aūt fuerit aliqua dies. Prima pars diuiditur in septem partes: quoniā primo ponit naturam saturni: Secundo Iouis. Tertio martis. Quarto solis. Quinto veneris. Sexto mercurij. Septimo lune. vbi partes incipiant patet in littera. Primo ponit naturaꝫ saturni ⁊ quid significat ex rebus ⁊ moribus ho minū ⁊ ex sectis ⁊c. que omnia plane apparent in littera vsq; ad illam partem de annis fridarie. ¶ Circa quam partē est intelligendū q̄ quando dicit anni fridarie saturni sunt. 11. intelligendū est annis gubernationis in vita nati. Ad cuius euidentiā est sciendum q̄ in natiuitate diurna incipit fridaria a sole ⁊ gubernat ipsum. 10. annis postea gubernat ipsum venus s̄m quantitatē annorū suorum. Deinde mercurius ⁊ sic s̄m ordinem planetarū eundo vsq; ad finem vite. Si autem natiuitas fuerit nocturna incipit gubernatio a luna ⁊ gubernat ipsum s̄m quantitatem annorū suorū. Post lunam gubernat ipsuꝫ saturnus s̄m quantitatem annorū suorū: ⁊ sic s̄m ordinem planetarū. De hac materia est capitulū propriū in quarta differentia ⁊ ibi diffusi⁹ loquetur de hac domino concedente. Quando autē dicit in littera: maximi vero: intelligendum est de annis quos dant planete in duratione

rerũ scilicet in sectis ⁊ in alijs magnis rebus. Quando autem dicit maiores ⁊ medij ⁊ minores intelligendum est de annis quos dant planete in natiuitatibus hominũ ad viuendum: ⁊ sicut dico de saturno ita de alijs planetis intelligas. Dicit Ptolemeus in .82. ꝓpositione prime partis maius ac fortius opus saturni est infrigidare ⁊ desiccare modicum propter fortitudinẽ frigoris: ⁊ videt̃ hoc esse ꝓ eo ꝙ est elongatus multum a calore solis ⁊ humidis fumositatibꝰ terre. Hic albumazar redarguit Ptolemeũ ⁊ ponam deo dante rationes suas in fine huius partis de naturis planetarũ. Dicit haly in cõmento ꝓpositionis preallegate ꝙ Ptolemeus vult dicere ꝙ saturnꝰ facit hoc opus eo ꝙ opus suũ est multum elongatũ ab opere solis qđ est opus caloris: ⁊ a luna cuius opus ẽ attrahere humores: quia quando inspexit comparationẽ saturni cũ sole ⁊ luna inuenit ꝙ ambobus erat contrarius: ⁊ ꝓpter hoc dixit ꝙ cõuenit ut frigidus sit ⁊ siccus. Et Ptolemeus met glosauit hanc comparationẽ in eo quod sequit̃. Dicit Ptolemeus scire quidem virtutem huius planete ⁊ aliorũ erit ꝓpter rectificationem figurarũ in respectu solis ⁊ lune quoniaꝫ earũ aliquas videmus mutantes aerem vna manerie mutationis ⁊ earũ aliquas alia manerie in diuersis ordinationibꝰ mutationis augendi ⁊ minuendi. Dicit haly in cõmento. Si memoriã habes de eo qđ tibi diximus quomodo ꝓbare possumus stellarũ virtutes glosa nõ indiges in hoc. Et si huius oblitus est ausculta. dico tibi ꝙ sol ⁊ luna eo ꝙ eorũ opera magis apparent ꝗ̃ opera aliarũ stellarũ ⁊ sunt nobis magis manifesta ⁊ opera reliquarũ stellarũ abscondita vident̃: conuenit ut inspicias ad stellas habentes cõmunitatẽ cũ duobus luminaribus ꝑ figuras .i. ꝑ aspectus si augent in suis operibus uel ab eis minuũt: ⁊ sic ibis inspiciendo ad omnes donec certitudinem scias omniũ nõ semel ſꝫ pluries. Et si inueneris ꝙ semꝑ sequant̃ vnam maneriẽ operandi scies pro certo cuiusmodi virtutem habent. Dicit haly abenragel de natura saturni. Saturnus est planeta senex magnus fessus vilipensus anxietatum tristiciarũ longarũ infirmitatũ. natura eius est frigida ⁊ sicca ⁊ assimilat̃ melancolie que gubernatur de omnibꝰ humoribus ⁊ nullus de ea. Quando fuerit almuteꝫ alicuius natiuitatis ⁊ ipse in cancro natus erit turpissimi vultus ⁊ mirabilis creatura in forma ⁊ visione sua ita ꝙ expauescent ⁊ mirabuntur quotquot videbunt eum ⁊ audiẽt loqui de ipso. Dicit alfraganus ꝙ corpus saturni est .91. vicibus tantuꝫ quantũ terra.



Jupiter fortuna masculus.

Dic ponit naturã Jouis ꝛ planũ est quod dicit in littera. Jouis autẽ virtutis opus est cõplexionis tempate ꝛ locus sui motus est medianus inter frigiditatẽ saturni ꝛ calorem martis ꝛ ꝑpter hoc cõuenit ut calefaciat ꝛ humectat. Dicit haly in cõmento. multi crediderunt cũ audierũt hoc verbũ Ptolemei ꝙ opa stellarũ ſm eius opinionẽ sequerent̃ loca sphẽrarũ ſm ꝙ vna existit supra aliã sicut credidit hiza auẽquiton ꝛ alkindus ꝛ alij qui cũ talib⁹ rationib⁹ nos impediuerũt. Ego vo dico ꝙ si opa stellarũ sunt ſm naturã quõ possunt sciri ꝑpositiones quadruuiales qñ radices harũ ambaruꝫ sciaꝝ diuerse sũt vna. s. ab alia. Amplius si oĩa corpa celestia nõ sũt alicuius cõplexionis calide humide frigide neqꝫ sicce sicut ꝓbauit Aristoteles quõ põt Jouis cõplexio tempari eo ꝙ sphẽra sua existat inter illã martis ꝛ saturni. Nã si bene ad dictũ inspexeris Ptolemei iuenies non esse ꝑut ipsi crediderũt. Et postqꝫ docuit nos viã qua scirent̃ virtutes stellarũ ponit hoc vice alia in hoc loco dicens ꝙ qñ ꝓbauerim⁹ modũ operis qð opat̃ in aere nos circũdante inuenim⁹ ꝙ ẽ median⁹ inter magnã frigiditatẽ quã facit saturnus ꝛ magnũ calorẽ quẽ facit mars ꝛ hoc affirmat id qð dixit ꝙ calefacit ꝛ humectat. Dicit haly abenragel Jupiter ẽ planeta eq̃litatis cõitatis bonitatis melioramẽti intellect⁹ sens⁹ ꝛ pietatis: qꝛ tẽperat⁹ est eq̃lis ꝛ fortuna ꝑ aspectũ ꝛ corpalẽ ꝯiunctionẽ figit bonitatẽ meliorationẽ legẽ simplicitatẽ ꝛ castitateꝫ dirigit ꝛ nõ dãnat: populat ꝛ nõ destruit: abhorret saturnũ ꝛ ei⁹ naturas. Qñ deus incepit creare mũdũ erat ĩ domo ascendẽte lucet ĩ ariete tauro ꝛ gemini: ꝛ minuit̃ lux sua in cancro leone ꝛ virgine. obscurat̃ in libra scorpiõe ꝛ sagictario ꝛ minuit̃ ei⁹ obscuratio in capricorno aquario ꝛ piscibus. Dicit alfraganus ꝙ corpus Jouis est. 95. tantũ quantũ terra.



Mars masculinus.

Dic ponit naturã martis ꝛ patet in littera. Dicit Ptolemeus mars ꝓprie desiccat ꝛ ꝑ vim nature sue cõburit eo ꝙ igneũ habet colorem: ꝛ qꝛ circa solẽ est ꝛ qñ sphẽra in qua sol consistit posita est sub eo. Dicit haly in cõmento Ptolemeus vult dicere ꝙ opus virtutis martis idest qui experimur inuenim⁹ siccitatis magne. Ad id qð dixit ꝙ virtus martis cõburit eo ꝙ igneũ hꝫ colorẽ. dico ꝙ stelle sũt substãtie simplici ꝛ nõ cõposite ex naturis diuersoꝝ elementoꝝ: apparitio sui coloris ẽ recta eo ꝙ ibi nõ est aliqd qð mutet colorẽ ꝯueniẽtẽ eidẽ subẽ. Ptoleme⁹ aũt docet nos ꝑ hoc dictũ regulã q̃ scim⁹ ṽtutẽ stellaꝝ quã ꝑ nos itelligẽ

nõ possumus ⁊ possimus eã intelligere ꝑ colorẽ. In hoc eni dicto adest dubium qđ nos soluere oportet. Nã multi credunt ꝙ color nõ ostẽdat virtutẽ rei ⁊ hoc est veritas in terrenis ꝓpter cõmixtionez elementorũ q̃ in eis est. tñ in celestibus nõ est ita qꝛ eorũ substantia nõ est vllo modo cõposita ex aliquo elemento. Et ꝓpter hoc rediit Ptolemeus ad ꝓbandum hanc virtutẽ alio modo dicens: ⁊ qꝛ existit circa solem ⁊ qꝛ sphera in qua est sol posita est sub eo vult dicere ꝙ accidit ut sit veritas res ista qꝛ virtus martis cõburit eo ꝙ existit circa solem: ⁊ qꝛ sol est sub eo ⁊ cõmiscet virtus sua cũ illa solis fit calidus multũ ⁊ siccus ita ꝙ sine tẽperamento cõburit. Dicit haly abenragel mars est planeta calid⁹ ⁊ siccus igneus: destructor: iratus: victoriosus: diligens occidere ⁊ interfectiões rixas litizia: cito irascit̃ ira forti: totũ cor suũ exponit in rebus suis agẽdis: prelia facit ⁊ destruit populationes. Exaltatio sua est in domo saturni. s. in capricorno qui significat clamores impedimẽta ⁊ gentẽ stultam ⁊ guerrationes. Cõuenit saturn⁹ marti in infortunio ⁊ resistit ei in frigiditate ⁊ tenebrositate: ⁊ inclinat̃ soli amore sui ⁊ defendit̃ auxilio eius: qm̃ sol exaltatur in domo sua ⁊ gubernat euz de calore ⁊ siccitate quã recipit ab eodem: ꝓprietas ⁊ natura sua conuenit ⁊ appropinquat ꝓprietati ⁊ nature solis. nescius est ⁊ obliuiosus modici intellect⁹ ⁊ diminutus sensu nec cõsiderat rerũ fines: ꝑ eũ ⁊ ꝑ ascensum ⁊ ꝑ descensuz ei⁹ in circulo suo crescit ⁊ decrescit estatis calor ⁊ hyemis frigiditas oi ãno. Dicit alfraganus ꝙ mars continet quantitatẽ terre semel ⁊ dimidiuz ⁊ octauam partem eius.

SOl per aspectũ fortuna. Hic põit naturã solis ⁊ lrã glosa nõ indiget. Dicit Ptolemeus cognita res est ꝙ opus substantie solis est calefacere ⁊ dare aliquantuluz siccitatis ⁊ hec oꝑa magis ꝓprie sentiunt̃ ⁊ leui⁹ scita sũt omnib⁹ alijs ꝓpter magnitudinẽ solis ⁊ ꝓpter manifestã mutationẽ quã ꝑ tꝑa anni facit ⁊ quanto magis accedit ad nostra capita tanto magis calefacit. Dicit haly abẽragel scito ꝙ sol est lumẽ ⁊ candela celi gubernator mundi factor temporũ: per eũ fiũt planete orientales ⁊ occidentales: ⁊ ꝑ eũ fiũt apparentes ⁊ occulti: ⁊ ꝑ eũ mouet̃ ois res se mouens: ꝑ eũ nascit̃ ois res nascens: crescit oẽ folium ⁊ maturat̃ omnis fructus. Ipse est spiritus celi magnus cum eo viuificant̃ signa ⁊ qđlibet signũ qñ est in eo habet maioritatẽ suꝑ alia signa: quoniã ipsũ viuificat ⁊ illuminat ⁊ dat ei fortitudinẽ ⁊ calorem ⁊ applicat calorẽ ⁊ fortitudinẽ ⁊ virtutem illius signi terre: qꝛ natura ⁊ facta sua apparent

in omnib⁹ rebus ꝛ in cuntis aĩatis ꝛ inaĩatis existẽtibus in terra. Et qñ exit de signo in quo est remanet illud signũ i similitudine corpis defuncti. Est planeta magni dominij potẽtie nobilitatis altitudinis ꝛ magnitudinis. est fortuna ꝑ aspectum ꝛ infortuna ꝑ coniunctionẽ corpalem. Uides eni qñ aliquis planeta cõiungit sibi: cõburit ꝛ vincit eũ ꝛ extinguit lumen ꝛ lucẽ suam. Locus suus in celo est quart⁹. s. medius. ⁊. planetarũ: sicut rex sapiens qui ꝑ sensum manutenet regnum suũ ꝛ ꝑ considerationẽ ponit sedem suaꝫ in medio regni sui ut ꝑ oĩa latera attingat. Dedit marti miliciã suã ꝛ ꝙ esset dux militie sue: qꝛ celũ solis est sub celo martis ꝛ cõuenit natura ꝛ calor suus cũ natura ꝛ calore illius. Dedit Joui sua iudicia ꝓpter temperiẽ honestatem saluationẽ ꝛ sue cõplexionis salutem: ꝛ qꝛ nõ est in eo qualitas mala nec peccandi natura. Dedit regnum saturno qꝛ omnes planete sua lumina mittũt ad eum ꝛ suas cõsiderationes. Dedit veneri collectioneꝫ reddituũ ꝛ vendendi reditus ꝛ emendi: qꝛ cẽlum eius applicat suo ꝛ sũt vicini. Dedit mercurio scribaniam qꝛ status eius est sicut status scriptoris regis qui vadit qñ ille vadit ꝛ sedet quando ille sedet. Dedit lune algaꝫilaticũ qꝛ est similis algaꝫilo regis qui facit sua mandata ꝛ defert ea quocũqꝫ ꝑcipit. Dicit alfraganus auctoritate Ptolemei ꝙ corpus solis continet corpus terre centies sexagesies sexies ꝛ aliquantulũ plus.



Enus fortuna femĩa nocturna

Hic ponit naturã veneris ꝛ patet in lrã quod dicit. Dicit Ptolemeus venus ipsamet opa Jouis facit ꝓpter temperamentũ sue cõplexionis excepto ꝙ est Joui in re vna cõtraria qꝛ calefacit parũ eo ꝙ existit circa solẽ ꝛ humectat ſm lunã ꝓpter magnã lucem quã habet hic planeta eo ꝙ attrahit ad se fumositatẽ q̃ eleuat̃ ab humoribus terre. Dicit haly in cõmento vult dicere ꝙ eius calor est multũ minor illo Jouis ꝛ ꝓpter humiditatẽ quam facit dicim⁹ ꝙ est quodãmodo frigida ꝛ plus humida. Qđ autẽ dicit eo ꝙ existit circa solem dixit eo ꝙ virtus sua voluit̃ cuꝫ illa solis. Et id qđ dixit humectat sicut luna: vult dicere ꝙ venus facit humiditatẽ circa eã quã facit luna. Et id qđ dixit ꝓpter magnã lucem vult dicere ꝙ modic⁹ calor facit humores currere. Dicit haly abenragel venus est fortuna frigida ꝛ humida nocturna hylaris gaudiosa apparẽtie bone limpida formosa: diligit ioculationes cantatiões comestiones potationes ꝛ vitia: est mansueta ꝛ pauci motus. est mulierũ significatrix ꝛ iacendi cuꝫ eis amoris amicitie ꝛ societatis. recipit martem ꝑ naturã fornicationis ꝛ

limpidamenti abhorret ipsū ꝓpter contrarietatē nature sue que est caliditas ꝛ siccitas. Sepat se ab eo ꝛ malum ꝛ infortunā suam repellit a se ipsa ꝓpter mansuetudinē bona verba solatium bonū ꝛ mansuetam loquelam. Concordat cū saturno in frigiditate ꝛ conuenientia quā habet cum eo in libra q̄ est domus vnius ꝛ exaltatio alterius. Et discordat cū eo in moribus tristiciis ꝛ doloribꝰ suis ꝛ eo ꝙ saturnus est vsus modici cum mulieribꝰ. Status veneris cū statu solis est similis statui mulieris versus virū. Dicit alfraganus ꝙ corpus veneris est vna pars de. 37. partibus terre.



Ercurius cōmixtus. Hic ponit naturaꝫ mercurij ꝛ patet in littera. Dicit Ptolemeus: siccitas vo ꝛ humiditas mercurij est p vnū equale: qm̄ aliquando desiccat ꝛ effugat humores eo ꝙ nunq̄ elongatur multū a calore solis etiam nullo tempore: ꝛ aliquando humectat eo ꝙ positus est super spheram lune que est circa terram magis q̄ omnes alie sphere ꝛ mutatur ad hos duos status ꝛ facit ventos propter serotinas mutationee eius circūquaq; solem. Dicit haly in cōmento Uult dicere ꝙ opus mercurij nō est vna res sola: quoniaꝫ aliquādo desiccat ꝛ aliquādo humectat. cum autē desiccat est quando soli applicat ꝛ est tunc opus suuꝫ in calefaciendo ꝛ siccando circa istud solis. Humectare autē suū est ꝓpter vim suaꝫ que cōmiscetur cum illa lune que posita est sub eo ꝛ ꝙ est opus suum sicut opus lune. Et Ptolemeus quando comparationē facit de opere mercurij cum illo solis inuenit ꝙ aliquādo faciebat opus tale quale sol. Et quando p cōparationē facit cum opere lune: inuenit ꝙ aliquando faciebat opus tale quale luna. Et expertus fuit hoc multotiens ꝛ inuenit ꝙ semp alterū duorū operū faciebat ꝛ sciuit ꝓ certo ꝙ opus suum est fm opus aliarū stellarū cum quibus inuoluitur: ꝛ opus propriū in se non habet. Dicit haly abenragel. Mercurius est planeta maleficiorū violentiarū documentorum scribanie cōputationū scientiarū: calidus est ꝛ siccus forme ꝛ nature conuertibilis: masculus cum masculis: femineus cuꝫ femininis: fortuna cum fortunis: infortuna cū infortunis: bene rationatus: bene loquens: ausus in loquēdo: pulchre apparentie: composite persone: diligit libros ꝛ computationes. Placent ei magisteria: res bene facte rationes versificari libri ac scientie: agilis est in motu ꝛ proprietatis ardentis: alacer ꝛ mobilis in omnibus rebus suis: ꝛ est vnus trium planetarum significantium pluuias ꝛ per eum ꝛ per mutationem suam de signo in signum: ꝛ per eum eius

ſtatum ac retrogradationē ꝛ directionē ipſius ꝛ ꝑ oppoſitiones ꝛ con/iunctiones ſuas ſcienẽ motus ventoꝝ ꝛ eius fortitudines.ſ.ſi erunt fortes uel debiles in omnib⁹ partib⁹ illius anni: qm̄ qñ exit de vno ſigno ꝛ intrat aliud: uel qñ eſt ſtationarius aut retrogradus ſignificat ventos fortes humiditates ꝛ pluuiā ꝛ in aere accidentia de nubibus turbationes ꝛ his ſimilia. Similiter qñ eſt in oppoſitione lune exiſtente luna in aliquo ſignoꝝ aqueoꝝ uel aereoꝝ ſignificat qđ p̄diximus. In reuolutione annoꝝ mundi habet magnā ꝛ veridicā ſignificationeꝫ ſuꝑ tenentes officia reguꝫ. Alfraganus dicit ꝙ quantitas corꝑis mercurij eſt vna pars de.32.milibus partibus corporis terre.



Una fortūa femina nocturna

Hic ponit naturā lune. ſnīa littere patet. Dicit Ptoleme⁹ maior virtus lune eſt humectare, ꝓ eo ꝙ eſt multuꝫ circa terrā ꝛ ꝓpter fumoſitatē frigidaꝫ que ꝑ eā eleuaẽ: ꝛ ꝓpter hoc ad ſtatū talem mutanẽ corꝑa manifeſta mutatione: qꝛ facit mutari ꝛ putreſcere corꝑa ut plurimū: ꝛ habet etiā cū ſole ꝑticipationē modicaꝫ in calore, ꝓ eo ꝙ recipit lumen ab eo. Albumazar redarguit Ptolemeū in cauſa naturarū planetaꝝ ꝛ ſūt verba ſua iſta: qm̄ plures reges grecie fuerunt ſapiētes poſt alexandrū filium philippi: vocabaturq; vnuſquiſq; eoꝝ Ptolemeus. fuerūtq; numero.10.ꝛ vna mulier: erantq; regnātes in egypto: ꝛ fuerūt anni regni eoꝝ.275. fuerūt vniuerſi ſapiētes ex quib⁹ fuit Ptolemeus vnus qui edidit librū almageſti ſuꝑ cauſam motus circuli ꝛ quicqd in eo eſt ex planetis. Et quidā eoꝝ edidit librū de iudicijs aſtroꝝ referens eū ad Ptolemeū auctorē libri almageſti. Diciẽq; ꝙ ille qui edidit librū iudicioꝝ ipſe edidit librū almageſti: neſciturq; veritas hui⁹ rei: ſꝫ ille qui ex eis edidit librū iudicioꝝ narrauit in libro ſuo naturas planetarū ꝛ eoꝝ cauſas. Incepitq; dicere ꝙ ſol calefacit in ſuauitate ac mora ꝛ ꝙ opus ei⁹ ſit in hoc euidentius ꝛ fortius opere ceteroꝝ planetarū ꝓpter magnitudinē eius ꝛ quāto magis eleuaẽ ad zenith capitū noſtroꝝ augeẽ nobis calor. Et putauit ꝙ natura lune ſit humida ꝓpter ꝓximitatē circuli eius a terra ꝛ propter receptioneꝫ vaporū: qꝛ ad eem eleuanẽ ex ea. Et putauit ꝙ natura ſaturni ſit frigida ꝛ ſicca ꝓpter longitudinē circuli eius a calore ſolis ꝛ longitudinē eius ab humiditate vaporū terre. Et putauit ꝙ martis natura eſſet calida ꝛ ſicca eo ꝙ color eius ſil'is eſt igni: ꝛ qꝛ eſt ꝓpe ſolem ꝛ qꝛ eſt ſub eo erigiturq; calor eius ad eū ꝛ calefacit eū. Et putauit ꝙ Jupiter ſit equalis cōplexionis: eo ꝙ ſit eius circuluſ inter circulos ſaturni

& martis. Et ppter hanc causam est natura eius calida humida equalis & tẽperata. Et putauit ꝙ veneris natura sit calida humida equalis. calor autẽ eius ex ppinquitate circuli eius a sole. Humiditas vo ex vapore humido qui cõtingit eam ex terra. Putauitq ꝙ natura mercurij sit ĩ quibusdã horis sicca & in quibusdã humida. Siccitas eiꝰ ppter appropinquitatẽ eius a sole & ꝙ nõ elongat ab eo elongatione maxima. Humiditas vo eius ppter pximitatẽ circuli eius circulo lune. Hoc est quod putauit Ptolemeus in naturis planetarum. & hec est ratio qua vsus est super hoc. Sed nos dicemꝰ nunc ꝙ sit in eius dictis pungendus. i. reprehensione dignus. nã ꝙ putauit ex sole & calefactione rerũ ab eo in suauitate & mora hoc inuenit ex suo ope. qd autẽ dixit ꝙ natura lune sit humida ppter pximitatẽ circuli eius a terra & receptione vaporuz qui eriguntur ex terra ad eã hoc repellit a sapiẽtibus eo ꝙ spaciũ quod est inter faciẽ terre & ppinquiorẽ locũ in quo est luna fit. 128044. miliariorũ fere ea mẽsura qua fit vnũ miliariũ. 3000. cubitorũ. Et hoc patet ĩ libro in q̃ narrant longitudines corporũ superiorũ ab inuicẽ. Et nõ plus eleuant vapores a supficie terre fm ꝙ narrauit Ptolemeus q̃. 16. stadia fm ꝙ stadiũ quadringentorũ cubitorũ est: nã. 16. stadia faciũt duo miliaria & decimã ac tredecimã vniꝰ miliarij fere. longitudo vo lune qñ magis ppe est supficiei terre est ut diximꝰ. 128044. miliariorũ fere. vnde ergo uel quõ applicat vapor terre ad lunã quousq corrũpat uel mutet naturam eius. Per modũ consimilẽ reprobat ipsũ in naturis aliorũ planetarũ. s3 ptranseo causa breuitatis. Haly in cõmento ppositiõis pallegate de natura lune rñdet ad rationes albumazaris. Dicit enĩ haly exponens verba Ptolemei primo. Postq̃ docuit nos Ptolemeus ꝙ virtutes stellarũ corporũ suorũ sequit magnitudinẽ & corpus lune paruũ ẽ sicut in almagesti narrauit & eius opus sequit opus solis pte vna. Dicit hic ꝙ est hoc p eo ꝙ multũ est ppe terrã & puenit ad nos eius virtus anteq̃ mutet & ppter hoc apparet eius opus magis q̃ opus aliarũ stellarũ. Et videmꝰ visibiliter ꝙ attrahit humores terre & corporũ eã sequentium & p eo ꝙ habet lucẽ a sole operatur ĩ terrenis calorem modicum accidentalẽ cũ quo facit putrescere & mutari humores existentes in corporibus sicut ostensũ est in phisica & in natura. Et manifestuz est ꝙ lux facit calorẽ. & põt hoc pbari p specula que cõburunt & filia. & qr luna lucem habet a sole cõuenit ut habeat modicũ calorẽ quẽ facit sicut p accidens. Et hoc est id qd vult dicere Ptolemeus. Et qr hoc non intellexit albumazar credidit ꝙ erraret in dicto suo dicẽs quõ põt fumositas humida ad lunã ascendere cũ fumositas ascẽdere nequeat vltra. 16. stadia

⁊ luna satis longius est. Ego vo risi de dictis talibus qualia sunt hec: ⁊ dixi qualiter nõ intellexit hoc: quia Ptolemeus noluit dicere ꝙ fumositas humida ascendat vsq; ad lunam. sed dixit ꝙ ascensus fumositatis humide qui est versus lunã docet nos ꝙ attrahit humores terre ⁊ aliorum corporũ eam sequentiũ sicut adamas trahit ferruz. Alfraganus dicit auctoritate Ptolemei ꝙ magnitudo corporis lune est vna pars de 39. partibus terre: ⁊ dicit ꝙ maius corpus omniũ corporũ vniuersi est sol ⁊ post solem. 15. maxime sunt stelle: dicit enim ꝙ vnaqueq; earũ tenet corpus terre centies septies. 3ᵘˢ in magnitudine est Jupiter. ⁊ quartᵘˢ saturnus. Post saturnum sunt stelle fixe secũdi ordinis quarũ quelibet continet terram nonagesies. Post ipsas sunt stelle tertij ordinis quarũ vnaqueq; continet terram septuagesies ⁊ bis. Post ipsas sunt stelle q̃rti ordinis quarũ quelibet continet terrã. 54. Post ipsas sunt stelle quinti ordinis quarũ quelibet continet terram. 37. Post ipsas sũt stelle sexti ordinis ⁊ minor illarum: immo minor omnium que videntur: quarum probatio est possibilis continet terram. 18. Maius corpus post ipsas ẽ mars. post martem terra: post terram venus: post venerem luna: ⁊ vltimo mercurios. Patet igit̃ ſm alfraganum ꝙ maius omniũ corporum est sol ⁊ minus mercurius exceptis generabilibus ⁊ corruptibilibus.

De longitudine istoruz corporũ a terra dicit alfraganus ꝙ propior longitudo lune a terra est. 33. tantũ quantũ dimidiũ diametri terre ⁊. 20ᵃ ps eius: eritq; hoc. 107412. miliaria. Et est longitudo longior lune que est propior longitudo mercurij sexagesies quater tantũ quantũ dimidium diametri terre ⁊. 6. pars eius qđ est. 208542. miliariorum. Et longitudo longior mercurij que ẽ propior veneris est centũ sexagesies septies tantũ quantũ dimidium diametri terre qđ est. 542750. miliariorũ. Et longitudo veneris longior que est propior longitudo solis ẽ millesies ⁊ centies ⁊ vigesies tantũ quantũ dimidium diametri terre qđ est. 3640000. miliariorũ. Et longitudo solis longior que est propior longitudo martis est. 1220. tantũ quantũ semidiameter terre qđ est. 3965000. miliariorũ. Et longitudo martis longior que est longitudo iouis ꝓpior ẽ. 8876. tantũ quantũ semidiameter terre qđ est. 28847000. miliariorũ. Et longitudo Jouis longior que est propior longitudo saturni est. 14405. tantũ quantũ semidiameter terre qđ est. 46816250. miliariorũ. Et longitudo saturni longior que est equalis longitudini stellarũ fixarũ ⁊ est quãtitas dimidij diametri circuli signorũ est. 20110. tantũ quantuz semidiameter terre qđ est. 65357500. miliarioruz ⁊ cum duplicatum fuerit hoc ꝓueniet quantitas totius diametri circuli signorũ. i. octaue sphere que

est. 130715000. miliariorũ ⁊ cum multiplicatũ fuerit hoc p. 3. ⁊ septimã vnius pueniet quantitas circũferentie circuli signorũ uel cuiuscꝫ alteriꝰ circuli maioris descripti in octaua sphera que est. 410818570. miliariorũ: eritcꝫ mẽsura vniuscuiuscꝫ gradꝰ circuli maioris. 1141160. miliaria.

De ordine vero planetarũ.

Hic ponit ordinem planetaruꝫ in conceptionibꝰ puerorũ. s. ordinem in gubernando fetum q̃diu est in vtero matris. Dicit ꝙ saturnus gubernat ipsum ab hora conceptionis vscꝫ ad finem vnius mensis. In secũdo mense gubernat ipsũ iupiter. In tertio mars. In quarto sol. In quinto venus. In sexto mercurius. In septimo luna. ⁊ ꝓpter hoc ut dicit̃ puer in septimo mense petit exitũ: quia opa omniũ planetarũ sunt in eo completa: ⁊ qui tũc nascuntur possunt viuere ꝓpter eandẽ causam. Deinde reuertit̃ gubernatio ad saturnum ⁊ gubernat ipsũ in octauo mense ⁊ tunc qui nascunt̃ nõ viuũt ꝓpter malitiã saturni. Deinde gubernat ipsum Jupiter in nono mense: ⁊ tunc cõmuniter nascunt̃ ⁊ viuunt ꝓpter bonitatem Jouis. Deinde ponit ordinẽ planetarũ in regimine corporis post natiuitatẽ quantuꝫ ad processum in etatibus: ⁊ dicit ꝙ luna incipit natũ regere ab ingressu eiꝰ in mundũ ⁊ regit ipsum quattuor annis qui sunt anni nutritionis. Deinde mercurius regit ipsum decem annis. Deinde venus octo. Deinde sol nouẽ. Deinde mars. 15. post hoc Jupiter. 12. Deinde saturnꝰ vscꝫ ad finem vite.

Caput draconis.

Hic ponit naturaꝫ capitis ⁊ caude draconis ⁊ patet.

Si autẽ fuerit aliqua dies.

Hic ponit ordinem planetarũ quantũ ad dominũ dierũ ⁊ horarũ. Dicit ꝙ aliqua dies sit alicuius planete prima hora illius diei fm ꝙ prima hora incipit ab ortu solis est illius met. ⁊. 2ª hora est planete qui succedit in ordine celorũ descendendo: ⁊. 3ª tertij planete in ordine: ⁊ sic p ordinem vscꝫ ad finem. 12. horarũ diei artificialis. Et ille planeta cuius est. 13ª hora ille est dominus illius noctis: ⁊ cuius est. 25ª hora. s. prima hora diei sequẽtis illiꝰ est dies sequens. ⁊ auctor ponit exemplũ in littera iõ nõ est necesse ut ponam. ⁊ sic completa est expositio secũde differentie huiꝰ libri.



T q; annuente deo.
Ista est tertia differētia hui⁹ libri in qua auctor determinat de esse planetarum in semetipsis ꝛ de esse eorū ad inuicē.s.vni⁹ ad alterū. Et diuidit in duas ptes: qm̄ in prima determinat de esse eorū in semetipsis. In secūda pte de esse eorū ad inuicem. 2ª est ibi: De esse autē ipsorū adinuicē. Et illa diuidit in duas: qm̄ primo determinat de esse quinq; planetarū respectu luminariū. 2º de esse eorū inter se. 2ª ibi: esse autez. Primo determinat de esse eorū in seipsis. Et est snia littere talis. Planete aliqn̄ dicunt ascendētes ꝛ aliqn̄ descendētes ꝛ aliqn̄ dicunt aucti lumie ꝛ magnitudine: ꝛ aliqn̄ diminuti lumine ꝛ magnitudine. Et qn̄q; dicunt aucti numero ꝛ qn̄q; diminuti numero. Et qn̄q; dicunt aucti motu ꝛ qn̄q; diminuti in motu Et oēs planete pter solē dicunt qn̄q; septentrionales ꝛ qn̄q; meridionales. Et dicunt ascendentes ꝛ descendētes in septētrione ꝛ meridie. Ista sūt que accidūt planetis in semetipsis. Et ista exponit auctor p ordinē i littera dicens q planeta qn̄q; ascēdit in circulo suo eccentrico ita q sit in supiori parte eccentrici sui nō distans ab auge p.90. gradus ante uel retro ꝛ tūc lumen ei⁹ apparet minus ꝛ etiā apparet minor in quātitate ꝛ eius cursus est tūc tardus quantū ad motū centri epicycli ꝛ dicit tunc fortior. Qn̄ autē est in aliqua longitudinū mediarū eccentrici sui.s. distans ab auge p.90. gradus precise tūc est equalis in lumine ꝛ magnitudine ꝛ cursu.i. nō dicit magnus neq; paruus in lumine uel magnitudine ꝛ motus centri epicycli est equalis cuz medio motu ipsius. Cū vo fuerit extra hec loca.s.distans ab auge plus.90.gradibus ante uel retro tū descendit ꝛ apparet maior lumine ꝛ magnitudine ꝛ mouet centrum epicycli tūc veloci⁹ q̄ medius motus ipsius. Et cū fuerit argumentum planete equatū minus.180.gradib⁹.s.qn̄ addit equatio argumenti sup mediū motū tunc dicit auctus numero. Et si argumentū equatū fuerit plus.180.gradib⁹.s. qn̄ equatio argumenti subtrahitur a medio motu tunc dicit numero diminut⁹. Sed in luna qn̄ addit equatio dicit aucta numero: qn̄ subtrahit dicit diminuta numero. Et qn̄ aliquis triū planetarū altiorū mouet velocius medio motu suo vocat auctus motu: ꝛ qn̄ vadit minus medio motu suo vocat motu diminutus. Eodē modo

intelligit᷑ de sole ⁊ luna. Et qñ mouet᷑ tantū quantū medi⁹ motus suus tūc dicit᷑ motu equalis. Et qñ venus uel mercurius mouet᷑ velocius q̄ꝫ sol dicit᷑ auctus motu. qñ tardius dicit᷑ motu diminut⁹. Et qñ aliqs planetarū. 6. transiuerit nodū intersectiōis deferētis sui cū eclyptica q nodus vocat᷑ genzahar est septētrionalis. Et est septētrionalis ascendēs. i. augens latitudinē quousqꝫ elongat⁹ fuerit ab intersectione p. 90. grad⁹. Et cū elongatus fuerit plus. 90. gradib⁹ ab intersectiōe est septentrionalis descendens. i. minuēs latitudinē quousqꝫ elongat⁹ fuerit ab intersectione p. 180. gradus ⁊ tūc est in intersectiōe opposita prime ⁊ nullā hꝫ latitudinē. i. est in eclyptica: ⁊ cū transiuerit illā fit ei⁹ latitudo meridiana ⁊ est meridionalis descēdēs quousqꝫ elongat⁹ fuerit ab intersectiōe prima p. 270. grad⁹. Et cū transiuerit hūc numerū ē meridionalis ascendens quousqꝫ reuertit᷑ ad intersectionē primā vbi latitudo ei⁹ erit nulla Hec est snia littere de esse planetarū in semetipsis.

De esse aūt ipsorū ad inuicē tractemus. Prius determinauit de esse planetarū in seipsis. Hic determinat de esse eorū ad inuicem ⁊ primo de esse qnqꝫ planetaꝝ respectu luminariū Et diuidit᷑ in q̄ttuor ptes ꝰm q̄ttuor eē q̄ hñt planete erga solē ⁊ lunā. Primū est visio faciei ad faciē. Secundū ē securitas. Tertiū est cōbustio. Quartū est oriētalitas ⁊ occidētalitas. Primo g̃ determinat de visiōe faciei ad faciē. 2° de securitate. 3° de cōbustiōe. 4° de orientalitate ⁊ occidētalitate. Prima ps ē in principio. 2ª incipit ibi: ⁊ ex hoc ductoria. 3ª ibi: ⁊ oīs planeta. 4ª ibi: ⁊ ex quo altiores. Snia prime ptis ē. Qñ aliqs planeta fuerit occidentalis a sole. s. qꝛ oriat᷑ post solis ortū ⁊ fuerint inter ipsū ⁊ solē tot signa quot sūt inter domū illi⁹ planete ⁊ leonē q est domus solis talis planeta dicit᷑ esse in visiōe solis facie ad faciē Uerbi grã: capricornus ē domus saturni ⁊ est sextū signū a domo solis scilicet leone. cū igit᷑ fuerit saturnus in sexto signo a sole cōputando numerū signorū a sole versus saturnū ꝰm ordinē signorū. aliter eni nō eēt occidentalis si nō cōputaret᷑ hoc modo tūc dicit᷑ ipsū videre facie ad faciem. Et signū sagictarij est quintū a leone. cū igit᷑ iupiter fuerit in qnto signo a sole incipiēdo a sole versus iouē ꝰm ordinē signorū dicit᷑ videre ipsū facie ad faciē ⁊ sic de alijs. Et qñ aliqs planeta fuerit oriētalis a luna ⁊ fuerint inter ipsū ⁊ lunā ꝰm ordinē signorū tot signa quot sūt inter domū ipsius planete ⁊ domū lune. s. cancrū tūc dicit᷑ esse in ei⁹ visiōe facie ad faciē. Uerbi grã: cancer est signū sextū ab alia domo saturni. s. ab

aquario: ideo cũ fuerit luna a saturno in. 6.° signo ē inter eos visio facie ad faciē. Et etiā cancer ē signū qntū a domo iouis. s. a piscib⁹: ideo cum fuerit luna in. 5.° signo a ioue ꝺm ordinē signoꝝ est inter eos visio facie ad faciē ꝛ sic de alijs suo modo poteris exemplificare.

EX hoc ductoria planete Hic determinat de 2.° esse. 5. planetarū erga lumiaria. s. de ductoria qđ idē ē ꝙ securitas. Et ē snia talis qñ aliqs planeta ē i suo haiz ꝛ in aliq̄ angulorū ascēdentis. s. in ascēdēte uel in. 10ᵃ uel. 7ᵃ uel. 4ᵃ domo ꝛ aliqđ luminariū sit in aliq̄ angulorū ab ipso planeta ita ꝙ sit planeta i die oriētalis a sole ꝛ in nocte occidētalis a luna. hoc ē ut sit i die in. 10.° signo a sole tūc eni est in āgulo a sole ꝛ oriētalis. uel in nocte in. 4.° signo a luna tūc eni ē in angulo a luna ꝛ occidētalis tūc dicit̃ esse i sua ductoria. Angul⁹ aūt oppositionis nō hꝫ hic locū. Rō est q2 planeta existēs i opposito solis uel lune nec ē oriētalis nec occidētalis. Postea dicit ꝙ oīs planeta a tpe quo abscondit̃ sub radijs solis vsqꝫ ad tēpus q̄ incipit apparere dicit̃ cōbust⁹ Et incipit cōburi qñ incipit intrare radios: ꝛ cū venerit ꝓpe solē infra. 12 grad⁹ vocat̃ oppressus: ꝛ cū fuerit cū sole i eodē gradu ꝛ fuerit inter eos min⁹ semidiametro solis ꝛ cuꝫ hoc latitudo planete fuerit minor semidiametro solis dicit̃ vnit⁹ uel incorpat⁹ soli. Et cū trāsiuerit hanc vnionem dicit̃ esse in cōualescentia donec sit liberat⁹ a radijs solis.

EX quo apparēt altiores tres Hic determinat de oriētalitate ꝛ occidētalitate planetaꝝ. Dicit ꝙ tres plēs superiores qñ exeūt de sub radijs solis ꝛ incipiūt apparere de mane añ ortū solis quousqꝫ veniāt ad oppositū solis. hoc ē ꝙ sint ꝓpinquiores circulo horizōtis oriētalis q̄ occidētalis qñ sol ē in linea medie noctis tūc vocant̃ oriētales ꝛ dextri. Uocant̃ oriētales eo ꝙ oriūt̃ añ solē: ꝛ vocant̃ dextri eo ꝙ sūt in dextra pte celi a sole. Pars eni occidētalis ē dextra ꝛ oriētalis sinistra. Ponat̃ eni ꝙ hō vertat faciē suā versus meridiē pꝫ ꝙ oriēs est sibi a sinistris ꝛ occidēs a dextris. Et qñ aliqs triū supioꝝ planetarū trāsiuerit oppositionē solis dr̃ occidētalis sinister. dicit̃ occidentalis nō ꝙ sit in pte occidētali celi a sole imo hui⁹ ꝯriū ē verū. Sꝫ dr̃ occidētalis ꝓ tāto q2 occidit post solē. Et dicit̃ sinister q2 ē in pte oriētali celi a sole q̄ est sinistra ꝺm ꝙ dictū est. Uen⁹ vo ꝛ mercuri⁹ glibet eorū infra tēpus q̄ circuit epicyclū suū ꝯiūgit̃ soli bis. vna vice ꝑ directionē. s. in supiori pte epicycli. Alia vice ꝑ retrogradationē. s. in inferiori pte epicycli. Igit qñ aliqs eoꝝ sepat̃ a ꝯiūctiōe solis i medio retrogradatiōis s. in inferiori pte epicycli recedit a sole versus ptē occidentalē celi. Et qñ

elongat⁹ fuerit a sole tm̄ q̄ pōt videri videt̄ de mane an̄ ortū solis iō tūc vocat̄ oriētalis dexter donec cōburat̄ a sole.i.donec iūgat̄ soli i supiori pte epicycli p directionē. Et cū sepat⁹ fuerit a sole p directionē videt̄ de vespe p⁹ occasū solis iō tūc vocat̄ occidētalis sinister donec iterū cōburat̄. Et ē dria int̄ venerē ꝛ mercuriū ꝛ tres supiores. ven⁹ eni ꝛ mercuri⁹ qn̄qꝫ i recessu eoꝝ a sole siue i exitu de sub radijs fiūt oriētales ꝛ qn̄qꝫ in exitu eoꝝ de sub radijs fiūt occidētales. Planete aūt supiores sp cū exeūt de sub radijs solis fiūt oriētales. Et dicunt̄ augmētari i fortitudine donec sint elongati a sole p.30.grad⁹ ꝛ a.30. vsqꝫ ad.60. dicūt̄ fortes. Et postqꝫ elongati fuerit a sole vltra.60.grad⁹ dicūt̄ oriētales eūtes ad debilitatē vsqꝫ ad pricipiū retrogradatiōis. Et a pn̄cipio retrogradatiōis vsqꝫ ad oppositionē solis dicūt̄ oriētales retrogradi. Et ab oppositiōe vsqꝫ ad directionē dicūt̄ occidētales retrogradi. Et a directiōe vsqꝫ ad 30.grad⁹ p⁹ directionē dicūt̄ occidētales fortes. Et a.30.gradib⁹ p⁹ directionē quʃqꝫ veniāt ad.30.grad⁹ ꝓpe solē dicūt̄ occidētales eūtes ad debilitatē. Et postea dicūt̄ occidētales debiles quousqꝫ cōburāt̄. Uen⁹ vo ꝛ mercuri⁹ qn̄ sepant̄ a sole p retrogradationē fiūt orientales ꝛ vocant̄ debiles quʃqꝫ veniāt ad directionē: ꝛ a directione donec sint elongati a sole tantū quantū solēt elongari in pn̄cipio retrogradatiōis dicūt̄ oriētales fortes. Deinde fiūt debiles oriētales ꝛ quʃqꝫ opprimāt̄ sub radijs solis: ꝛ postea dicūt̄ vniti cū sole: deinde cōbusti eūtes ad apparitionē: ꝛ ab apparitiōe eoꝝ vsqꝫ ad elōgationē eoꝝ a supiori pte epicycli p.60. grad⁹ sūt occidētales fortes ꝛ ab hoc loco vsqꝫ ad retrogradationē sunt occidētales eūtes ad debilitatē ꝛ postea vsqꝫ diūctionē sūt occidētales debiles. Si vo nō itelligeret̄ lrā hoc mō eēt falsa cū nō sit possibile eos elōgari a sole vsqꝫ ad.60.grad⁹ in zodiaco. Postea dicit qn̄ aliqs planeta exit de sub radijs sol' ꝛ nulli diūgit̄ corpe uel aspectu ē i suo luīe ꝓpo.

Esse illorū erga se inuicē. Pri⁹ determinauit de his q̄ accidūt planetis i semetipsis ꝛ his q̄ accidūt qnqꝫ planetis erga lumiaria. Hic determinat de his q̄ accidunt.7.planetis ad se iuicē. Et posset diuidi in tot ptes quot sūt modi accidentiū q̄ accidunt planetis ad iuicem. Et pn̄t reduci ad.16. modos fm sniam lr̄e q sūt isti: cōiunctio: vacuatio cursus: feralitas: translatio luīs: reddit⁹ luīs: ꝓhibitio: pulsatio nature: receptio: redditus nature: refrenatio siue contrarietas: frustratio: abscisio luminis: veneratio: destructio: obsessio: dilectio ꝛ odium. Ista exponit auctor in littera per ordinem vsqꝫ ad finē istius differentie. Sententia prime partis est talis. Coniunctio est cum fuerint duo planete in duobus signis que se aspiciunt aliquo aspectu ꝛ ille

qui fuerit leuior inter eos id est velocior in motu transiuerit de suo si-
gno pauciores gradus q̃ ponderosus.i.tardior ĩ motu de suo signo ita
q̄ differentia ista sit.6.gradus uel infra: ꝛ tũc dicit̃ q̄ leuior vadit ad cõ
iunctionẽ ponderosioris. verbi gratia: pono q̄ sol sit in ariete ꝛ transi-
uerit de ipso ariete.6. gradus ꝛ mars sit ĩ leone ꝛ transiuerit de ipso.12.
gradus.ista duo signa aspiciũt se aspectu trino. Et sol qui est velocior in
motu q̃ mars transiuit pauciores gradus de ariete q̃ mars de leone: ꝛ
sũt in differentia.6.grad⁹. In ꝓposito exemplo sol vadit ad ꝯiunctionẽ
martis de aspectu trino. Et si sol esset in.12.gradu arietis ꝛ mars in.12.
gradu leonis tũc esset cõiunctio cõpleta. Et si sol esset vltra.12^m gradum
arietis marte existẽte in.12.leonis: tũc esset inter eos sepatio. Et hec vo
catur cõiunctio longitudinis. Cõiunctio aũt latitudinis est cum fuerint
duo planete in vno signo cõiuncti corpaliter ꝛ fuerint equalis latitudi-
nis ab eclyptica ita q̄ latitudo vni⁹ sit ascendens in septẽrione ꝛ alteri⁹
descendens in septẽtrione uel vnius ascendẽs in meridie ꝛ alterius de-
scendens in meridie. Uel si fuerit cõiunctio ex aliquo aspectuũ ꝛ latitu
do vnius fuerit septẽtrionalis ascendens ꝛ alteri⁹ meridiana ascendẽs.
Uerbi gratia: pono q̄ luna cõiungat̃ saturno in aliquo signo ꝛ in aliq̃
gradu ꝛ minuto illius ita q̄ saturnus sit iuxta genzabar suũ vadens ad
septentrionẽ in latitudinẽ ꝛ sit eius latitudo.3. minutorũ ꝛ luna appro
